quia secundum promissum ordinem procedendo sequitur ut deinde aggrediamur curam egritudinum membrorum nutritionis scilicet stomaci epatis et aliorum famulantium eis ex quibus cetera nutriunt membra. Quod est 3a particula sectionis prime. Imploremus auxilium ab eo per quem facta sunt omnia et sine ipso nichil simpliciter. Exorantes qualiter mittere dignetur spiritum sanctum suum spiritum veritatis qui doceat nos et suggerat nobis omnia que ad recuperandam sanitatem predictorum celeriter sint et efficaciter. Quatenus melius possimus suo auxilio insequente aliis influente et optime complexione sua potentia confirmante. Continet autem hec particula sectionis prime summas quatuor. Prima sectio est in egritudinum meri qui sto transglutiendi inservit. 2a est de medicinis egritudinum stomaci. 3a est de medicinis egritudinum epatis et ventris. 4a est de medicinis egritudinis splenis. Prima summa continet capitula sex.

Capitulum primum est prohemiale et est generalis sermo in meri egritudinibus eius causis et signis et cura secundum modum universalem.

Capitulum 2m est de mala complexione meri et cura eius.

Capitulum 3m est de egritudinibus instrumentalibus eius vel mala compositione eius et cura.

Capitulum 4m est de solucionibus continuitatis eius et eorum que ex illis accidunt ut est fluxus sanguinis et excreatio eius ex ore et cura.

Capitulum quintum de apostematibus eius et cura.

Capitulum sextum est de nocumentis transglutitionis et cura eius.

Capitulum primum prohemiale particule prime sectionis prime et est sermo generalis in meri et de egritudinibus eius causis signis et cura secundum modum universalem.

SCIENDUM autem quod meri est membrum ad formam intestini existens nervum et oblongum ex duabus tunicis compositum continuatum cum orificio stomaci et perforans dyafragma procedens supinus intra canam pulmonis et spondiles colli cum suis lacertis tusicus et terminatur in gutture quo mediante transglutiendo recipit cibum ab ore. Potest autem pati omne genus egritudinum sicut alia membra habentia regimine ex qua ratione operationis eius ad quam principaliter constituit ipsum natura provenit nocumentum que ex transglutitione cibi et potum qui sunt materia nutrimenti ad quorum transglutitionem stomaco ordinate considerante et trahente movetur cum sibi famulus delatorie et ambabus suis tunicis. Ex quibus componitur operatur interiori attrahente naturali virtute cum villis longitudine situatis in ea et exteriori exprimente alia cum villis latitudinalibus seu lacertis in ea positis. Recipientibus iuvamen amitha mediantibus spondilibus colli quia in vomitu solum operatur. Inquit enim Galienus transglutitio stomaco desiderante et trahente fit. Sed vomitus nulla oris desiderante particula et trahente sed sola exteriori tunica exprimente cum villo latitudinali in ea situato. Adiuvat autem transglutitionem gravitas et lubricitas substantie ipsorum qua petunt descensum. Et propterea difficilior transglutitione vomitus esse comprobatur et est fluxu ventris.

Inquit enim Galienus vomitus omnibus difficilis esse probatur inferior autem purgatio facilis. Signa

Ex quibus relinquitur quod nocumentum transglutitionis quod plurimum est difficultas ipsius. Tunc est signum omnium generum preditarum egritudinum possibilium fieri in ipso meri. Et etiam egritudinum aliorum membrorum quorum vicinitate poterit pati ut est epiglotum vel canna pulmonis et eius lacertis et spondiles dorsi inter que situatur et stomacus et totum corpus et cerebrum cui supponitur. Sed preter hec alia sunt signa propria alia magis propria consideranda que ad perfectam cognitionem perfectam non cure debitam sunt necessaria oportuna.

Propria autem sunt signa quibus distinguntur genera egritudinum preparatum preditarum egritudinum membrorum quorum vicinitate potest pati et sunt.

Nam illa cuius est causa mala complexionis debilitans significat quod in longo temporis spacio transglutitur quod sumitur et cum tepiditate et paucitate festinationis in toto spacio et toto meri et sine dolore nisi figatur visibiliter in parte meri

Signa

et sine dolore nisi sigatur visibiliter
in parte meri et constringat illic sine
extendat et senciatur dolor cum re
tencione eius quod deglutitur Illam
eius causa est mala composicio et
opilacio ostendit impotencia tus
glucionis et rei pure liquide et
potus et cum conatur tuglutire
egreditur per nares Et illam eius
causa est solucio continui manifestat
exitus sanguinis ab ore humiditatis
nigris et precipue cum in supina eius parte
fuit et ardor et puncto percepta in
collo et inter duas spatulas et precipue
apud deglucionem et vomitum et eructacionem
rei acute qualitatis magis quam excedentis
quantitatis Sed illam eius causa est
apostema declarat tumor et precipue si sit
magnum et quandoque febris et dolor in illa
parte acutus et agravativus et com
pressivus et precipue in loco posteriori qui
inter spatulas existit maxime
si in superiori parte meri sicut ulcus
vel apostema et magis in parte cor
respondente in loco vel parte meri ulcera
ta vel apata et magis apparent tusglu
cionem vomitum et eructacionem rei
magne quantitatis magis quam acute
qualitatis et difficultas tusglutiendi
est in una parte meri magis quam in alia
non in toto spacio eius Illam et
eius causa est compassio membri
vicini insinuat precedens passio me
bri ipsius qui sinus compassus est signis
considerandis nec inveniunt ibi lesionem
dolorem nec aliquid nisi nocumentum
actionis tantum magis propria signa sunt
que sunt specialium egritudinum et cau
sarum demonstrativa et sunt que infra
in specialibus dicetur capitulis
eius Indicatio egritudinum meri duplex
est scilicet generalis et specialis Generalis
est duplex una que indicat locum
in qua medicine externe sunt ap
plicande et est ut in collo et in loco
que est inter duas spatulas applicetur
ut iussit Galienus Alia insinuat
modum secundum quem medicine interius
sunt sumende Et est ut medicine non
subito deglutiantur ut trahendo mo
ram in transitu licet dectini ipsius omni
faciant earum precipue qualitatis Specialis
est que docet specialem talem egritu
dinem et causam corrigere accidentia
et regimen ordinare nec non
et speciales medicinas cum quibus
insinuatur et de que omnia
in sequentibus capitulis servimus po
nemus nomen domini invocando etc
secundum capitulum

Cura

Capitulum 2m de mala complexione scilicet
stomaci simplici et pura

Mala complexio
meri aut est pura aut
cum materia pura aut e
simplex aut composita Et
simplex aut calida aut
frigida aut sicca aut humida et causa eius
est primitiva si pura sit Causa
vero humoralis cuiuslibet generis
esse potest Et signa eius sunt
alteracio percepta in loco cum difficul
tate tusglutiendi absque tumore vel ulcere
in eo existente Et siquidem fuit pura
causa est primitiva pluries absque inventione
antecedentis cause et infectione oris
et lingue ex humore et fluore hu
miditatis Si vero sit cum materia erit ibi
invencio antecedentis cause cum infec
cione oris et lingue ex humore eius
speciem tibi calor et sapor ostendit et
fluor humiditatis si assit et siquidem
sit calida erit ibi sensus et inflamma
cionis et combustionis et caliditas
insuper oris et lingue et sitis Si
vero sit frigida et est illa que sepius
fit signa sunt contraria Sed si sit humida mol
lis signa sunt humiditas oris et lingue
et privatio sitis Si sicca signa erunt
contraria Cura male complexionis
meri ex cura male complexionis stomaci
potest haberi Inquit enim Aboali
in pluribus disposicionibus meri sequimur
stomaci disposiciones Est enim via ad
ipsum contigua consilis in natura et
propterea cura utriusque eadem erit multum

Signa

Cura

Capitulum 3m de egritudinibus instrumentalibus vel mala
composicione eius et cura ipsius

Mala complexio meri
ex qua pluries est opilacio in
via eius simpliciter esse con
tingit apostematoria cor
torta et carnosa Apostema
toria autem est ex compressione et con
gustacione parietum ipsius meri et e
aut a causa extrinseca que compressit et re
mansit compressio Aut est a causa in
teriori aut in se aut acuitate In se
enim ut a caliditate et siccitate adue
te ut in febribus acutis vel ex spasmo
et alenzegi propinquorum lacertorum meri
et villorum et precipue latitudinalium ex
quorum contractione constringuntur
latera ipsius et via coartatur vel ex

ventositate coartata inter duas eius
tunicas et inclusa in lacertis eius in-
ut artetur via Ex causa vicinitatis
ut ab apate in lacertis epiglotis vers
meri apte anteriori ut in squinantia
contingit aut in lacertis colli respicientibus
eum apte posteriori aut a declinatione
spondilis dislocati ad anteriora versus
meri ¶ Coartatoria est qua cadit in
eius via aliqua res exterior ibi ad
herens sicut spina ut accidit in sforta
cione ut humor viscosus ibi coartatur
et adherens ut in appopleticis et epi
lempticis et teutisinis Evenire contin
git cum sanguis congelatus qui ad
illud consuevit descendere in fluxu
sanguinis narium aliqua parte eius re
gurgitante per foramina palati ad os
et deveniente ad ipsum vel que in vo
mitu sanguinis in eo remansit sicut
vermes et lumbrici in eius concavi-
tate multiplicati et infixi ut asserit
abocaly se vidisse in quodam notorum
suorum ex quibus accidit ei difficul
tas transglutiendi ¶ Carnosa vero
est ex apostemate existente in lacertis
et tunicis ipsius ysophagi que dicti (?)
arabice meri nuncupatur vel verruca
vel cicatrix facta in eo qui passus
fuit vulnus seu vlcus in ipso et
liberatus cuius causa extitit etas
sicut recitat Galienus. Signa
Quas per signa oz te cognoscere et dis
tinguere hoc modo Nam siquidem at
tenuatoria sit fiens que a causa
exteriori sensu manifeste cognoscetur
per eius vestigia et relata infirmi et
astantium ei indicabitur nocumentum
transglutionis ut puta difficultas
erit minus Si quoque ex frigore
congelante accidit pruina frigoris
eius et accessio indicabitur Si vero
a causa interiori in ipso existente et
siccitate per inspectionem acute febris
illud advenire et nocumentum trans
glutionis maius erit ¶ Si vero ex
spasimo et alenzegi ex propinquo acci
dat et cognitione ipsius et causarum
precedencium scire poteris Etiam si
accidat ex ventositate precedens
regimen multiplicans eam sonitus
et motus et dolor extensivus vel
constrictivus indicat illud ¶ Cum vero
ex causa vicinitatis accidat et ab apos
temate in lacertis epiglotis dolor in
epiglote erit cum spiritus malicia et
angustia cum ortomia et tumore et ru
bore ibi apparente similiter in gutture
et in collo ut fit. Si vero ex apos
temate lacertorum colli respicientibus
eum apte interiori dolor in collo apte
interiori cum difficultate movendi
et inclinandi collum et precipue ad posterio
ra Si quoque ex declinatione spon
dilis ad interiora ex concavitate in col
lo apparente perpendes et cum inclinatur
collum ad posteriora difficilior trans
glutio erit Sed siquidem sit coarta
toria certe a causa exteriori ca
dente et infixa ut spina scilicet punc
tio et precipue apud motum ibi percepta
et relatio infirmi tibi insinuat
Sed si sit ab humore viscoso regi
me declarat et pruina consuetudinum
preteritarum Si vero sanguis coagu
latus fluit fluxus sanguinis ab ore
vel ex naribus qui regurgitant ad
os et guttur tibi ostendit Si vero
vermes et lumbrici nausea et mordi
catio motus et sincopis tibi osten
dunt Et siquidem sit carnosa ex
apostemate signa apostematis dicta
superius tibi indicant et que in sua
in capitulo proprio tibi ponemus in speciali
Si vero fuit verruca et impedi
mentum parvum transglutionis in loco
vbi est non in toto meri Et e dolor
et est privatio signorum aliarum causarum
Si vero sit ex cicatrice tibi percessio
vlceris ipsius ostendit ¶ Cura.
Cura est duplex scilicet generalis et specialis
Generalis est duo res vna ablatio
cause ¶ Alia remotio impressionis facte
si qua remansit Specialis consistit
in ablatione specialis cause et adminis
tratione medicinarum comparatarum ad
illam Si igitur fuit ab exteriori causa
a qua remansit impressio et constructo
amota illa aperientur balnea et
fomentationes circa guttur et collum
et spatulas ex aquis calidis et sim
plicibus vel cum decoctione me
dicinarum dilatancium et confortancium
et mellilotum maluarum fenugreci apii
et similium et fricationes suaves cum
oleis temperate calidis reddentibus
tractabile membrum vt est oleum de
fisticis et amigdalis dulcibus et
de pineis et de mellilotho et de ca
momilla et similibus et cerota ex eis
ex butiro et mussillaginibus necnon
ysopo humida et altea et dyaltea et
similibus Et cibi interius sumendi sunt
ex calefacientibus et humectantibus
supradictis ita quod boli sunt magni
in quorum transglutione conetur et
cum retentione anhelitus Si vero
sit a caliditate adurente in febre
acuta primo contra febrem curare ut
infra dicetur ¶ Deinde siccitatem

et adustionem ibi impressam removere
Et hoc cum internis et externis appri-
mandis Internis sicut cum mucila-
gine dragagantti seminis citoniorum
psilii et pulpa tamarindorum et te-
reniabin et lacte et seminum communium et
semine papaveris et succo liquiricie et cum
tarambilis prunorum et aquis fructuum
et membrarum granatorum lactucarum
violarum ordei et cum sirupo violato
rosarum bibitis sorbendo et retentio in
ore et granismatis et cum candis-
corum et cum cibo ex amido de cucur-
bita et pulmento ex atriplicibus
spinarchiis lactucis et similibus Exte-
rius cum unctionibus et oleis
violatis de cucurbita et similibus
que in cura febrium sentiuntur scire
Si vero sit frigore congelante
interius administrabis diacalamenti
diacimimum et diaton et sirupum
de assa tyriacam metridatum et oleum
balsami cum vino et cibos et potus
calidos notos Exterius calefactiones
paulatim cum aquis calidis superius
dictas et inunctiones ex oleis ane-
tino de lilio et est apium et de cas-
toreo de costo vel aliis calidis superius
dictis et calefactiones ex floribus
camomille calamento polegio foliis
lauri abrotano et similibus et cum
pannis calefactis involutis et stu-
pahim vel remapis vel lane succide
Si vero fiet ex spasmo Siquidem
humido facies unctiones de oleis
de euforbio de piperibus Et si ex-
pediat evacuetur totum corpus cum
clisteribus collis Dabis quoque ad bi-
bendum ptisanam aliis assam cum aqua
granatorum vel cum vino piper ruta
et salibus Si vero sit siccus adminis-
trabis regimine humectativum ex cibis
et potibus Cibis ut aqua gallinarum
pinguium et iuvenum et carnes edorum
et agnorum et vitulorum lactantium
ptisana et pulmento ex amido et
ale pullorum et testiculi gallorum
in lacte nutritorum et pisces petri-
et petim et ova sorbilia lac buti-
rum medulle et similia Olera
ut borragines buglossa et spinachia
atriplices et fructus ut poma dul-
cia pinee fistici amigdale sisame et
huiusmodi. Potus ut vinum limphatum
aqua cum zuccaro vel iulep violatum
vel electuaria humectantia sicut dia-
rodon diadragaganti diaboraginatum
diabuglossatum et electuarium ad res-
tauracionem et inpinguationem dictum superius
et panis alte et similia Exterius vero

embrocis et epithimatibus vel fomentibus
ex aquis dulcibus tinctis et fricationibus
et balneis et etiam unctionibus et oleis
et ceratis Et humectantibus ut est oleum
amigdalarum dulcium pinearum fisti-
corum violarum et succus malvarum
aliis malvarum cucurbite cucumeris et
melonis et semina et aque eorum et sor-
bitio facta ex eis et grassulis et pin-
guedine galline porci anatis et medullis
vitulorum et lactis In domo et aere loco
et quiete et sompno fruetur Et siquidem
remanserit impressio constructionis opa-
beris ad eam ut superius habuisti hic
Si autem a ventositate sit dabis intus
oleum de keyria dyanisum dyagalanga
dyacimimi confectiones de seminibus
ut anisum ciminum rutam siccam eruca
la karin anetos masticem et thus mas-
ticata vel hausta et in cibis et in poti-
bus mixta Exterius pones ventosam
et ungues oleo nardino vel oleum nar-
dinum de cimila rutaceum de assa et
similia superius enumerata Si
vero sit a vicinitate capitis gutturis
lacertorum vel colli curabis curatione
squinancie quam superius habuisti Et si fuerit
a dissolutione vel dislocatione spon-
dilis colli cura ipsa posita est infra
Similiter si sit coartatoria quia cadit
in eius via aliquid ex rebus adherens
ut spina et similia curabis cura pro-
cationis superius posita Et si sit hu-
mor viscosus ibi descendens et adhe-
rens curabis ipsum expurgare incisi-
vis et abstergentibus scilicet gargarismatis primo
cum gargarismatibus et sirupo ace-
toso simplici vel oximelle squillitico vel
aceto eius cum melle rosarum et aqua mellis
ysopi stafisagre vel piretri vel synapi
et calamenti origani et polegii pas-
sularum ficuum siccarum et cum provoca-
cione vomitus cum predictis et clisteribus
acutis notis superius Nec non si expedit ven-
tusines capitis agno puerit ventusinc
opportet curare ut superius dictum
est Etiam si fuerit sanguis congelatus due
res conveniunt in cura ipsius Prima est ipsum
calefacere Secunda est ipsum educere prout
infra de cura congelationibus san-
guinis in stomaco et ventre dicemus
et hoc cum simplicibus et compositis
Simplicia sunt coagulum leporis
[illegible] et humefiat cum aqua cineris
ligni ficuum et quercus sumpta vel
gargarisata. Secunda est ipsum educere cum
provocatione vomitus cum melle
et succo apii et terra sigillata dissoluta
in aqua calida vel vino Inquit enim
Galienus vinum coagulata dissolvit in

in suo motu ciriaco expellit vel eliminentur et hoc cum clistere et succo
apii opoponaco dissoluto in eo cum
sale gemma et melle confert et vermibus
ibi radicatis et infixis. Cura
est dure res interficere et educere
sicut supra de egritudinibus cordis curam
diximus. Et hic breviter dicimus
que illis duobus sunt contraria et ex illis
est hamicat kebuli mirra decorta
in oleo et centaurea sumpta et
postquam provocetur vomitus et emplastrum
litargiri et petroleum inunctum
aloes et yera interficiunt et educunt
illos. Si vero sit carnosa et ex apostemate
in laste et tunc ipsius meri
cura est quam infra dicemus. Si vero
sit ex verruca vel cicatrice curabis
cum abstersivis cum virtute radicis
capparis et passulis et floribus absinthii
squinanti et cappari cum aceto
vino et ficus sicce cum granis mixte et
aqua camphore reservata per tres dies
bibita et fisticis et amigdale comestae
sumpte et oleum carum sumptum
et exterius inunctum et aqua in qua
cipressi calami arom. anisi mellilotum
embrocata et similia prout tibi sapientia
iudicabit et quoque est in curationibus
medicamen dissolvens sanguinem
congelatum in stomacho et meri
scilicet coagulum leporis ʒ. xxxvi. coagulum
hinnuli gazelli ʒ. xxxii. genciane aristologie
rotunde semine rute silvestris
mixte omnium ana ʒ. iiii. conficiantur
cum melle et sit dosis eius sicut nux
in aqua calida aut in sirupo acetoso

Capitulum [illegible] de solutione continuitatis et de eis
que ex illa accidunt et fluxus sanguinis
et eruptio eius scilicet ex ore et cura eorum

Solucio continui
meri evenientis duplex
esse contingit simplex
ut plaga punctio scissio
et similia aut composita
ut est ulceratio superveniens
ipsi. Et hec quoque aut est superficialis
sicut excoriatio aut profunda
penetrans tunicam vel pelliculam unam
vel ambas. Simplicis causa est interior
et exterior. Interior est humiditas in substantia
aggregata et pelliculis eius penetrans
et perforans sua acuitate aut sua
quantitate repellente aut sua ventositate
extendente scindens ipsum profunde et quandoque
totaliter. Exterior est vel tussis [illegible] rei
scindentis vel pungentis ut ossis acuti

vel spine vel ovi vel percussio rei ad
meri scindentis pungentis et perforantis.
Et superficialis causa interior est cibus acutus
vel medicina aut humor tussiens
acutus cum vomitu descendens aut
descendens intus ad ipsum aut est malicia
complexionis calide et sicce exsiccantis
ipsum quare superficies ipsius aduritur
et cadit sicut in febribus adurentibus
contingit frequenter. Causa vero composite
solutionis ulcerationis est duplex interior
et exterior. Interior autem est apertio
apostematis aut plaga que facit sanguinem
aut humor corrosivus scilicet tussiens
et in catarris descendens ad eum vel
alius ibi imbibitus corruptus et putrefactus
corrodens ipsum. Exterior est
que partem de eius substantia scindendo
asportavit et est nota. Signa
ulcerum eius dicta sunt supra sed distinguentia
inter ulcera meri et
stomaci accipiuntur a loco a
tempore et ab accidentibus consequentibus.
A loco nam in ulceribus
meri dolor punctio et ardor sentitur
in collo usque ad ossa dorsi et furculam
superiorem pectoris et illud quod est inter
duas spatulas. In ulceribus stomaci
dolor punctio et ardor sentitur ab inferioribus
ossibus pectoris scilicet a furcula
inferiori pectoris infra. A tempore
nam in ulceribus meri sentitur dum
transglutitio fit vomitus vel eructuatio
rei acute qualitatis. In ulceribus vero
stomaci sentitur postquam transglutitum
est. Ab accidentibus concomitantibus
quoniam ulcera stomaci plurimum et precipue si
in superiori parte stomaci et producunt
ad minorationem sudoris [illegible] et sincopim
et infrigidationem extremitatum.
Sed simplicis solutionis cause interioris
humoralis signum est inventio signorum
antecedentis cause et regimine
precedens multiplicans talem humorem
et infectio prima oris ex humore
acuto quem color et sapor ostendit et
consuetudo passionis illius. Si vero
sit a causa exteriori est manifesta ex
se vel relatu infirmi. Sed si sit superficialis
ardor et punctio est prima [illegible]
tussiens et egreditur quoque sicut crustula
et pellicula adusta. Si vero profunda
dolor est fortior et diuturnius
durans et egreditur sanguinis et humiditas
naturalis et inventio causarum interiorum
ipsas insinuat. Signum autem
ulceris ipsius est fetor in ore precipue
et exitus per os puris et saniei et quoque
associantur ei pellicularum frustra.

Cura solutionis continui meri

Cura

[illegible] de solutione continuitatis et de
eis que accidunt et fluxus sanguinis
et eruptio eius scilicet ex ore et
cura eorum

difficilis vel impossibilis esse dignoscitur
sicut cura solucionis continui cuiuslibet
membri quod est via per quam ad exteriora
fusum trahitur vel expellitur ut sunt
membra intestina renes pori urinales
et vesica et maxime cum est intrinseca
composita et profunda et penetrativa
Non enim potest medicina bene apponi
et si apponatur non tamen diu permanet
ut suam impressionem faciat quoniam cibus
et potus tussi et singultu abstergatur
et asportetur quia etiam applicati quantitatem
talem si quam habent pungunt et
dolorem faciunt qui est provocativus
Si igitur sit simplex et recens plaga
et superficialis cura eius est tres prima
aufert causam exteriorem et interiorem
abscindit secunda solucionem unit tercia corri-
git accidentia / primam rem quam prohibent flebo-
tomia cephalica vel nigra / clisteria et fa-
macia solutive ventris non vomitive
cum quibus ut supra dictum est etiam cerebro
si expediat Et consequenter cum fortificantibus
ipsum et retinentibus ipsum
catarrum et ablucione omnis rei exte-
rioris infixe aut teli prout infra de so-
lucione continua dicetur si adiuvat omnipotens.
Rem vero secundam complent
styptica et glutinativa interius
et exterius apposita interius
gargarizata et retenta in ore et
lambita simplicia et composita
Simplicia sunt ut granum et cine-
ris tostorum lentisci olivarum et rubi et
grana granatorum et citonia et cortices
balaustiarum sporum et rose in natura
masticate et transglutiantur sucus earum
sicut visum residuat et gargarisatio cum
aquis ipsarum et cum rob. sperarum
et rob. morum. gummi dragaganti lutum
armenicum et lutum sigillatum et thus
et album ovi et similibus Composita
ad alcola id est passiones vel pustulas
oris que sunt superius et que inferius
tibi tradimitur ad ulcera que etiam
exterius per eundem modum administrari
poterit et super circa collum et guttur
et locum qui inter duas spatulas existit
Terciam rem complent que dolorem et
punctiones corrigunt que sciuntur
Si vero sit profunda penetrativa eius
cura per tres res prima est ut sangui-
nem fluentem restringas et dolorem
sedes et illud cum appropriate et epi-
thimatione albuminis ovorum et aliis que
dicemus in capitulo sequenti secunda est ut
sicca styptica et glutinativa et con-
solidativa predicta interius applicentur
tercia ut regimine adequetur in sex
rebus non naturalibus et precipue in cibo et

potu fiuetur quousque impleatur et ab omnibus
dilatantibus et aperientibus vomi-
tivis et provocantibus ad urinam. Custo-
diatur a cibis calidis et potibus et acu-
te qualitatis Sed sint ex lenientibus
glutinosis et stypticis et sunt ova sorbi-
lia pulmentum ex risi vel amido cum
iure carnium paratum et vinum stypticum
et simila et bucelle sunt pluries et replo
paucia Si autem sit ulceracio in eo
facta curabis cura ulcerum quam tibi in-
ferius subiungemus. Fiant formule
in modum lupinorum quadrum retenta in
ore sicut dissolvitur transglutiatur re-
movet solucionem continui et ulcera
omnia et consolidat et incarnat et
lenit Recipe. gummi. dragaganti mastices thuris
al. ana. 3. j. croci 3. ß. lapidis 3. j.
ypoquistidos granorum mirte berberis
cinus et olivarum ana 3. ß. seminis citoni
morum. 3. ij. luti sigillati cum rob. mirte
vel lentisci Et est invencione mea
unguentum aliud expertum et efficatissimum
ad vulnera in quacumque parte cor-
poris sint et precipue capitis cum fractura
cranei et est romanorum Recipe. terbentine
3. viij. sucum betonice 3. v. et stam eius
et misceantur simul et stent per duos
dies. deinde ponantur super ignem lenem
et calefiant donec liquefiat terbentina
deinde colentur per stamineam et cola-
tura iterum ponatur super ignem et bulliat
usque ad consumpcionem succi / postea
addantur gummi albeti 3 ß. olei ro.
3. ß. cere 3. iiij. et utere Emptoio fluxus
sanguinis ex membris ex vena aperta in
ipsa fracta vel corrosa proveniunt cuius
causa interior et exterior esse potest
sicut supra de sputo sanguinis diximus et
infra cum de stomaco loquimur In
proposito est ipsius membri ulceratio ex
vena corrosa. Eius autem est signum
exitus eius cum fastidio et quodam
vomendi motu minori quam si a sto-
maco proveniret Et si est vena frac-
ta incisa vel corrosa dolor est in
collo et loco qui est inter duas
spatulas precipue si sit magna incisio
fractura vel corrosio et maxime
apud sumpcionem rei acute Si vero
sit a vena aperta non est dolor et fa-
cilius retinetur Si vero sit a vena
corrosa ab ulcere eius signa sunt
signa ulceris ipsius predicta et emissio
saniei et puris et difficultas refe-
cionis Indicatio in cura eius est
quam superius de sputo sanguinis
diximus et de fluxu sanguinis narium
et infra in capitulo de stomaco cuius
membri est instrumentum ad attrahendum

que sibi sunt similia sufficienter
loquimur etc.

Capitulum 7m de apostematibus et cura eius

Apostematis
autem signa superius
habuisti singularia et propria
quibus subiungenda sunt
magis proprie Et sunt namque
siquidem materia eius sit
calidum cum periculo erit fortitudo do
loris et inflamatio et caliditatis et
proprie in partibus oris et colli et pectoris Et
quandoque est febris pura et quandoque magna hora
pessima horarum et quandoque est oppilatio et est
cum siti vehementi cum igitur matu
ratur cessat oppilatio et redit cum at
est apostema fervidum signa sunt contraria
Cuius curam habere poteris si eorum que me
moravi que in cura frenesis litargie
et mamillarum diximus et magis si in
spexeris que dicemus de cura aposte
matum stomaci etc.

Capitulum 8m de nocumento transglutiendi et
cura eius

Nocumentum
transglutionis est triplex
corruptio ut si cum tre
more perficiatur Diminu
tio seu difficultas cum
fit cum latitudine labore et conamine
Et eius ablatio est cum nullo modo fieri
queat Et pluries est difficultas transgluciendi
que nota est superius per eius signa
distinctiva causarum in primo capitulo huius
posita Est autem periculosa et vite eius
non persistat nisi per nutriens coniestau
ret id quod ex corpore eius dissolvitur
Talem autem restaurationem facere nequeat
nisi intra corpus sumatur et illud est per
transglutionem ea igitur facta difficili et
diminuta verendum ut totaliter auffera
tur et pereat aliquis Et proinde insistendum
circa correctionem eius attente tamquam
circa accidens quod preteritis egritudinibus
ipsius plerumque sibi curam preuendicat
seu correctionem eius attente tamquam
circa accidens quod preteritis egritudinibus
ipsius plerumque sibi curam preuendicat
seu correctionem ¶ Cura eius prima
certa est abscisio cause eius scilicet egri
tudinis ad quam comitatur que omnis
generis esse potest de qua infra diximus
vel alterius membri cuius conitate patitur
egritudinis epiglotus vel assotiati vel stomaci
cerebri more contiguorum quo lacerti epi
gloti moventur et meri spasmantur
vel mollificantur et transglutio fit difficilis
vel aufertur Et spondiles dorsi dislo
cati et interius conversi comprimendo
viam claudentes ipsius vel totum corpus
ut in febricitantibus vel morti propinquis
in quibus virtutes sicut in toto deficiunt
ita et in parte de quibus etiam dictum est
Et de stomaco infra dicetur Emundari
et stomaci regimen ut immudificetur
et alteretur Nam in pluribus dispositionibus
sequitur meri oris stomaci compositionem
et illud cum illis que infra cum cura
dispositionum eius dicentur et duce deo
complebitur ¶ 3a est ipsius confortatio
fiat autem cum temperantibus complexio
nem eius distemperatam alterando cum
quando genus sunt et proprie frigide et sicce que pluries
est in causa ut supra dictum est Et ex co
positis convenientibus frigide est balsa
mum transglutitionum tyriaca et dyaca
lamentum et aqua raphani et vinum
cum cibis Et ex his que inunguntur
exterius et oleum anatum de lilio de
narciso de croco nardinum muscelinum
et de balsamo quoniam confortant lacertum
transglutiendi et cerebrum quod est nervorum
propter principium quare oportet ut ex eis in
ungatur caput et nucha colli aqua
nervus tali lacerto prodit et confortetur
omnibus modis cum emplastris sacellis
cerotis fomentationibus ex aromaticis
calidis et stipticis ut castoreo mirra
armoniaco ruta prassio abrotano
lauro et similibus Et ex convenientibus
sicce distrasie Eius est regimine huius
tantum Et exterius inungendis
est butirum oleum amigdalarum dul
cium pinguedo galline porci et similia
¶ Ex simplicibus convenientibus humide
est anisum ciminum becon spica celtica
folium indum thus et minutum eius et
cortex ipsius et mirra sandalaca et
similia Et cum ipsis oportet administrare
frigida temperancia eorum calorem
Sunt autem ex stipticis confortan
tibus ut sunt rose sandali mirta
et similibus frigidis sacellationes
fiant supra caput et nucha et cum
ex humiditate sunt Et experimentum secundum ma
gistrum Arnoldum est ut sumatur
mane quolibet tres krube ficus in
inclusio in eis pulvere piperis et san
dalaca pulvere est proprius Et cum ex
ventositate grossa et inclusa fuerit
repellente et expellente superius cibum
et potum in qua talis humiditas fuit
conversa quam eructatio manifestat cure

Incipit summa 2a partis 3e sectionis prime continens capitula 30.

cura inflacionis stomaci et ventositatis
ipsius quam infra dicemus etc.

Incipit summa 2a partis 3e sectionis prime continens capitula 30

Mor autem
secundum Galienum instrumentum
viscerum stomacus
Cibaria enim et potus
extremus per meri
sibi transducta reci
pit tamquam lebes
et a virtute et appetitu quibus illis dota
vit natura illa alterat coquit et digerit
et aliis membris inde nutrimentum capien
tibus facientibus apta reddit et sic de
se sibi ipsius graciam digerit cibum non ut
membris aliis aptum reddat sicut dicit
Galienus (vir galenus) Inquit stomacus
minister est viscerum de stomaco enim ce
tera nutriuntur membra nimirum si in
eius constitucione sua sapiencia subti
lissime tamquam in eo quam partis est fa
mulie laboravit formavit namque
ipsum concavum ut ad continendum quod re
cipit ex cibis et potibus esset aptus
et quasi rotundum ut esset capacissi
mus non solum cibi et potus ipsius
sed membrorum etiam aliorum Et ut
caliditatis alterantis ipsius et decoquen
tis circa cibum totum ex qualibet
sui parte influencia esset calidi
Et sibi substanciam dedit panniculosam et
nervosam ut in recipiendo cibum et
potum pro toto sufficientem posset
recipere extensionem nec non tempore
digestionis esset constrictibilis super ipsum
Ipsum etiam ex duplici composuit tunica
interiora scilicet magis nervosa ut res
sibi occurrentes sentiret melius et dis
cernendo eligeret quod bonum et repelleret
malum Et exteriori magis carnosa ca
lida cuius caliditas cum mediacione
attingendo cibum melius alteret et
decoquat et transmutet sicut ignis
mediante olla melius cibaria coquit In
quibus villos tres generis ordinavit
quorum operacione Averroys dixit
ipsum ex triplici tunica compositum esse
quemadmodum Galienus econtra
asserit de utraque vesica fellis scilicet
et urine quibus virtutes operantes
in ipso utrentur sicut ipsius organis
ut in eo quod intendunt habilius
operentur quibus multis et variis ipsum
stabilivit et adornavit sapiencia summa
Et providit membris principalibus ipsum
alligavit venis mediantibus cerebro
quemadmodum partem eius superiorem ut
esset multi sensus in senciendo suam
inanicionem et complendo desiderium
suum ipsius et membrorum omnium arteriis
cordis Et venis et epati parte ipsum.
quoque membris calidis circumdedit quo
in alteracione illorum sive caliditati de
bili suggeratur supplementum a quo pro
traxit duo membra continuata ut
due ductiles vie scilicet meri aperte
superioris orificii sui desinens in sugglu
ciendo deferendo cibum et intesti
num duodenum inferius aptamina sibi de
sinens de latere ut infra dicetur Nos
igitur sequentes naturam sapientissimam
ut ypocras iussit in cura egritudinum
eius adeo solicite procedamus ut
nomine domini invocato ut ingenium et
modum curacionis inveniamus atque
medicinas simplices et compositas et
expertas cum omni diligencia perquiramus
quibus sanitatem amissam recuperare
valeat et intemperando alimentum
quo corpus subsistat perdurare omni pro
pulso errore Errore enim in eo nocu
mentum generat quod commune existit toti
corpori ut principalibus membris quibus
notabiliter alligatur Continet autem
hec summa capitula plura secundum pluralitatem
egritudinum quas stomacus pati potest etc.

Capitulum primum de cura egritudinum stomaci
secundum modum universalem

Cura egritudinum stomaci proportionalis est cure aliorum membrorum pro toto operantium vel substantiam iuvamentum correctio enim omnis in moderaminis per contrarium in moderatorum est fiens ut dixit Galienus In tantum autem dicens in cura egritudinum aliorum membrorum imprimis natura eius propria et operatio a natura et operatione aliorum diversa existit que auxiliorum species eligit conditiones eorum declarat et usum ac modum eius ostendit aptum Est autem ut dictum est natura stomaci propria et prima frigida quia pauci sanguinis et nervosa et propterea sensibilis valde Quapropter expedit ut auxilia sua sint non excedentia valde quia eius lapsus et immoderatio exigat et maxime cum non sit valde positus in profundo Si enim sit frigida valde eius paucam caliditatem extinguet forte Quapropter [illegible] ait [illegible] nervis et fortasse in [illegible] disponem

adducent que periculosiores cure et difficiliores esse comprobantur prout per ait Galienus Si vero calida eius caliditatem tepida resolvent Et si acuta mordebunt et in spasmum aut cordis ingressum adducent lapsum facientem nisi correcta et reprehensa vel ex benedictis [illegible] nocumentum imprimerent et subitam eius dissolvent cum ad ipsum primo perveniant Debent ergo esse temperata et in eorum gradum distrahere ut paulatim in longo tempore intentum suum compleant potius quam subito et in brevi Est enim hoc secundum sapientum operatio Est enim panniculosus ex villis contextus habens vias amplas quare auxilia non debent esse vel non oportet esse humida valde et liquida cum mollificent et villos eius relaxent fluat quod defacili et ad alia membra transeant esse grosse vel solide ut in eo permaneant donec imprimant quod oportet Et quia pellicula eius os et lingua existit vestitum et pro inde quod vel partis saporem habent debent esse saporis non mali ut nauseent sed delectabilis et propter farmacosa in quantum fieri potest

Innuit enim Galienus quod unumquodque debet esse intentio facere farmacum delectabilissimum in quantum possumus dummodo eius ad utilitatem custodiatur virtus non enim hoc dissolvenda gratia delectationis Et quia eius officium et operatio est digerere cibum pro toto et digestio fit per decoctionem Decoctio vero per calorem oportet esse temperate calidam caliditatis autem temperate est digerere ut ait Galienus Etiam si frigida sint non oportet esse penitus a caliditate denudata Et quia digestio retentione indiget oportet ea esse stiptica vel moderate stipticitatem habentia Et quoque cum fiat digestio per virtutem et spiritus qui odoribus gaudent oportet ea esse ex aromatibus electa vel eis admixta Verum quia ex decoctione cibi in eo relinquitur superfluitas ei inherens sicut in olla ciborum ut Galienus dixit oportet ea esse talia abstersiva ut est absinthium propter [illegible] et similia Preterea cum ex natura sua sit principalibus alligatus oportet ea tenere omnem maliciam et qualitatem pravam ut ad illa per compassionem ipsa pervenientia nocumentum Et quia diafragmati suppositus et vicinus oportet que extrinsecus supponuntur ei frigida et constrictiva repellere ne infrigidando diafragma ad difficultatem anhelitus patientem adducant etc.

Caplm 2m de cura male complexionis calide stomaci simplex et pure

Mala complo stomaci est fm alteram
octo morum Ex quibus
est cala simplex et pura
et in egritudine quedam
ipius immediate ledens eius sensi
bilitas in diversitas qualitatum pinutium
et lectorum conveniens calida fiens
causa eius 2 ois causa pr cartarteria
exterius adveniens et calefaciens
ipm immediate vel mediante alius
vicinorum membrorum approquo vel re
moto que est multiplex Galienus
vero medicorum princeps omnes ad quinque
genera causarum reduxit primum gre
ut intromissio et calide non superflue
2m est contractus rei calide non
superflue exterius advenientes et co
tingentes mediante exteriori cute
3m est motus animalis et corporeus
fortis et non superfluens sic quod ad re
solutionem perducat Et ipe quod circa
digestionem aliquam cibi dure digestionis
et calidi passus fuit ut est raphanus
et similes 4m est spissitudo pororum
eius non nimia producens ad extinc
tionem et quintum est putrefactio cibi
in eo sufficiens ad inflamandum
et calefaciendum ipm propter natura
que vero est mediante vicino alio
membro est ut a corde febriente vel
epate inflamato Et quandoque a cerebro
que si pura sit sine humoris vitio
generati causa ab illis causis erit p
cedentibus et plius est diversa

Signa

Signa aut eius complexionis essen
tialia sunt estuatio stomaci ardor
perceptus in eo et ore non sumpto
etiam cibo vel potu calido Et quandoque
totius corporis inflamatio et febris
cum fuit vehemens cum nocumento
operationis actionis ut est sicut magna
prava fames et cito cessat Et propterea
non datur cito cibus et quandoque hinc
accidit sincopis et dicitur fames
sincopalis et appetitus erit frigida et
innatur ab eo et leditur a calidis
Et cibaria subtilia adurentur
grossa in eo et dura melius et
sine corruptione alterantur Et eruc
tuatione fumosa erit 2 superflua
in vomitu et egestionibus apparebunt
aduste et sicce et corporis calor
erit mutata quia ad hecticam tendet
et etiam habitudo quia erit corpus
et pauce carnis quoniam sanguis eius erit
paucus malus feditus et acutus quod
abhorrent membra divisa ei incomplexa
et vene eorum sunt apparentes quoniam
sanguis eorum rethisus est invenies
quo non non utitur Contrarium tamen cu
situdine circumstantiarum et cum as
suetudine similiter patiendi et ex con
sequenti corpus erit debile cum cute
infectione ex carbunculis scabie mor
phea et similibus Sed signum eius quod est
sine humoris vitio est inventio pre dic
tarum precartarum causarum cum priva
tione signorum antecedentis cause scilicet
replexionis humorum Et siquidem sic ab
intromissione rei calide ardor perceptus
erit in stomacho et in exeuntibus alterat
percipitur Et si ab eius contractu ex
terius factum sit vel motu superius an
cessio carnis et notificatio ab infimo
facta vel assistentibus tibi declarabit Si vero
a spissitudine pororum eius frigide
et stiptice cause inventio exterius vel
interius approximate insinuat et cutis
tensio et duricies Sed si a putredine ex
istat fumosa et fetente corruptione
sine eructuatione cognosces per in vomitu
et egestione prendens et pressione et
cibi corruptibilis ut est lac 2 ova in
patella de cocta etiam si a vicinitate
tate cordis vel epatis existat calefacto
in eorum modum illorum precedens in
flamatio demonstrabit

Cura

Cura eius est alteratio complexionis contra
rium mediantibus cibis 2 potibus interius
et exterius approximatis cibi igitur convenien
tes sunt ex granis ptisana ordeata len
tes cum aceto decocte pulmentum
ex ordeo cum aceto panata vel agresta
vel succo granatorum decocte similiter in aceto
cum totalitate sumpta ex herbis vero lac
tuca cum aceto ipe et excitat appe
titum spinachia et endivia portulaca
et coriandrum et similia Et ex fructibus
citonia pira gressomula persica pruna da
mascena cerasa acria cucumeres citrulli
cucurbita melon et granata quod si non
perduxerit ad debilitatem ciba eum cum
grossis quales sunt carnes vaccine pa
ste cum aceto et coriandro 2 ventres
ipsorum et pisces retentes cum aceto
vel agresta vel succo granatorum decocti
actualiter sint frigida non tamen multum
ut quia non vera frigora sint Et
omnia quibus fructus cum stipticitate
existit Que si non naliter artificialiter
acquirat cum condimentis coriandri ex coriam
dro agresta sandalis et similibus potus
autem sint aque frigide fere non ex
cedentis qualitatis nec quantitatis ut in

tus glutiendi difficultatem remanet ex
ipsius frigiditate curato ab invali
tudine sua stomacho. Ut Galienus ait
vel sucus agreste vel granatorum acrium
vel aceti odoriferi mixti aqua quam magis
locum haberet ubi esset profunda
et in remotis posita. Sed quia est in
propinquo predicta frigida stiptica magis
sunt efficatia cum diu in eo sunt
permanentia et hoc si tollerat stomachus
ipsi non. Sit potus vini novi albi odo
riferi moderati stiptici et pontici
¶ vel lac acetosum vaccinum et siles
¶ Medicine approximande que sunt
simplices que interius exibentur sunt
sandali rose mirta spodium corallus co
riandrum psilium camfora maciana [?]
aque et sucus earum et semina
herbarum et fructuum frigidorum et sunt ipsorum
dictorum et aliorum ¶ Composite vero
sunt que interius sunt sicut sirupus
de papavere julep de suco cucurbite
et de suco acetose et acetositas citri
et trocisci de camfore et de spodio ubi
venter solvitur superflue. Et que ad
ministrantur exterius sunt cerotum
sandalorum in antidotario nostro stipticum
Et epithimia ex sandalis oleo rosarum et
pulvis et evaporatio aquis ipsorum
cum aceto et vitrum vas vel vesica
plena aqua frigida super stomachum
retenta vel per embrocationem super
infusa. Et emplastrum ex foliis vitis cum
farina ordei quod est proprium. Ex quibus
si levis sit distrasia levia approximab
forti vero fortia. Inquit Galienus
proportionale medicamen magnitudini
distrasie et ad illam conveniens inve
nire opportet. Et tibi sit generalis regula
in alteratione cuiuslibet distrasie simplicis
stomachi et cuiuscumque alterius membri
ut contrarium alterans sit inequalitate
expediente excedens minus opposi
tionis inopatione alia qualitate
medium teneat vel ab eo parum rece
dat ne ad distrasie compositionem
perducat que maioris nocumenti
est et difficilioris cure ut Galienus
ait etc.

c. de mala complexione frigida

Capitulum [?] de mala complexione frigida

Mala complexio frigida stomachi causaeque
et signa ex contrario ad
malam complexionem cali
dam superdictam est in
telligenda. ¶ Cura autem eius eget maioris
illius considerationis et attentionis

est quam maioris timoris licet tempore
alterationis sit equalis quia alterans
medicinale et cibale quod est calid
ne cum [?] est utile et confortans.
licet ipsa que est principaliter operans
sit magis lesa ratione distrasie et pro
inde magis periculosa. Itaque in cura
eius due res seu intentiones con
currunt generalis et specialis. Generalis
est subalteratio ipsius specialis docet co
piam auxiliorum et aptum usum ipso
rum ostendit. Et talia auxilia seu
contraria calida a natura et qualitate
egritudinis sumpta ex cibis et potibus
et medicinis simplicibus et compositis
interius et exterius approximandis. Et sunt
ubi genera ex granis ex cibis et panis
de frumento furfure habens multum
et fermentatus cicera et similia
Et ex carnibus carnes columbarum
et specie silvestrium et anatum similiter
carnes salite porcorum et aliorum
temperate et condite cum speciebus
infrascriptis ovorum vitelli cocti cum
herbis et speciebus calidis ut salvia
menta feniculo maiorana et silibus
Et ex oleribus ut sunt sinapes eruce
nasturcium et iripiste piper aqua et
riphanum et similia. Et ex fructibus
ficus passule et amigdale nuces
dactili avellane pinee fistici vel pis
tachie vel pisces saliti cum sinapi
vel eruca. Potus autem sit vinum
antiquum vinosum et grecum et
flavum et rubeum et calabrense et
puteolanum purum vel parum lim pha
tum prout tollerat cerebrum. Ex
medicinis sicut ex speciebus que sunt
proprie stomachi ut cinamomum et
et gariofili spica nardi mastix thus
crocus nux muscata gallanga ze
duaria cardamomum .zz. macis gal
lina [?] muscata grana paradisi amomum
squinantum xiloaloes assarum et piperum
genera que sunt fortiora et magis in
flamentia in tali egritudine confortant
enim omnes eius virtutes stomachi quia
cum sint deserte in omni eius distra
sia maxime in ista. Inquit enim
Galienus omne membrum cuius sunt actiones
desertas habet ex nativitate et si non
tales habeat quanto magis egritudi
nalis. Et similia riphanis piretrum
ciperus costus ambra muscus bal
samus et sucus eius xilobalsamum
et carpobalsamus. alia sunt etiam
valde inmatura [?]. Et ex herbis camo
milla absinthium menta specie feniculus
anetum marubium sansucus ruta
metastrum origanum ocimum petrosilinum

Et ex seminibus anisum, ciminum, feni
culum, apium, carui et similia. Ex gum
mis storax liquida et sicca, bdelium et similia
que interius vel exterius et per
eundem modum approximabis. Et ex com
positis interius approximandis sunt zz
conditum cum zuccaro rubeo et spe
cie melle despumato ipsum enim in
cibo et potu et in medicinis sumptum
optimum, sed ventri nocibilius vero cali
do ut ait Galienus. Diaciminum,
diagalanga et sirupus de menta que
sunt lenia. Et ex fortioribus sunt
diatonpron, diaciminum, trifera mag
na, metridatum, sagena, diamorusia, dia
[illegible], diambra, trifera magna et
similia. ¶ Ex hiis autem que exterius
approximanda sunt sunt oleum anetinum,
de lilio, de alkanna, masticinum et nar
dinum. Et fortiora illis sunt oleum cos
tinum, oleum de been et sambucinum et
de piperibus et oleum de terbentina, de
balsamo. Oleum aptiorum supponitur levia
calida et precipue si aer sit frigidus. Et si
ceram admixeris ei et confeceris cero
tum diutius adherebit. Ex epithimati
onibus penetrabunt et emplastra fortius
imprimet virtutem in sua propria substantia inhe
rente et membro diutius adherendo.
Et si pellesteris ipsum stomacum habilius
subministrabit. ¶ Et in delicatis proprium
est pannus applicatus lineus et suf
fumigatus cum ligno aloes infuso
in vino, spica, mastice, sinamomo et
thure. Et precipue si stomacus fuerit hu
midus. Et embrocatio cum aqua calida
est mirabilis et precipue si fuerit siccus. Et
ex eis est emplastrum antidotarii nostri
calefaciens et confortans. Et apposi
tio ventose super stomacum est maxime
iuvans; trahit enim illuc calorem et
sanguinem et calefacit. Et etiam quod
calefactio extremitatum producit ad ca
lefactionem stomaci ex proximo. Totius
autem calefactio cum balneo ex aquis
terminarum calidis et aliarum virtutem
huiusmodi medicinarum calidarum et stipticarum
predictarum confert dummodo non super
fluat et producit ad resolutionem. Tu
enim scis quecumque infrigidata sunt
calefacere oportet. Similiter si solum
stomacum et epicastrium calefeceris et
purgaveris ex predictis aquis vel em
brocaveris vel et pittimaveris infusa
spongia in eis vel filtro cum fre
quenti innovatione antequam in
frigidetur aut cum vaso vitreo vel
vesica ex eo plenis vel ex rebus aliis
predictis calidis utile quoque operaberis et in
nullo valeris. ¶ Usus autem et modus

utendi est ut si est levis est distrasia
lenibus contentorum. Et si fortis fortioribus
et per omnem modum ipsum stomacum sic
distrasiatum studeas calefacere. Habet
enim sua virtutes maxime defertas.
Inquit enim Ypocras: frigidum inimicum est nervis, im
pediens et ab omnibus prohibens operati
onibus et paliticum faciens et morti
ficans etc.

Capitulum [illegible] de cura male complexionis

Mala complexio
stomaci sicca simplex et
pura est nota ex notifi
catione calide. ¶ Causa at
enim est una vel plures ex
trinsece. Et est brevis variando diminuti
one cibi et potus in quantitate et qualitate
ac sicce omnis et medicina sicce ex
simplicibus ut sandaraca, sal, baurac,
cipressus, sulfur, acetum et precipue similiter
et labor nimius corporis et anime et
ira, angustia et tristicia et etiam propius
labor stomaci quem patitur in tollerando
famen et sitim et vigilie multe et
ex eis est aer siccus et ventus borealis,
balneum aluminosum, salsum, sulfureum et
piceum et medicine sicce predicte exterius
applicate. ¶ Signa ipsarum at
cognicio est manifesta per predicta. Cum
ipsarum quelibet cognoscitur et per narrationem
signorum antecedentium cause humoralis
vel per infirmum si sagax sit vel astan
cium relationem. ¶ Cura humectan
tibus temperatis vel parum accedentibus
in activis qualitatibus intrinsecus vel
extrinsecus approximatis et maxime cum
regimine humectativo superius posi
to cum de cura male complexionis sicce
membri diximus; illuc igitur recedas. Me
morare tamen nocumentum tali distrasie
valde acidis nisi quis diligenter ab
stineat iuvamentia conferre non pote
runt. Et sunt stiptica et pontica ex
cibis ut nespula, sorba, zarur, atme,
cornella, pira, citonia et maciana im
matura. Et ex potibus ut est vinum
calabrense et aqua aluminosa et similia.
¶ Consumunt enim omne quod in multe ca
liditatis in eo remanserit. Hoc quoque
excitando, hoc quoque exprimendo in
Eorum vero quos superfluus coitus ledit regimen est duplex: generale et speciale. Generale est duplex, unum coitum lesionis eorum abscondit et diminuit. Speciale nocumentis specialibus correndet (?). Primum in cura priapismi est dictum. Secundum innuit Galienus cum dicit enim ex venereis eventibus frigidus et imbecillius et siccus redditur corpus oportet que inspissant calefaciant et roborent virtutem afferre. Hec vero cum regimine complentur humectativo predicto in cura dimissionis ipsius. Secundum unicuique nocumentorum specialium nocumenta dispensat que quia sunt plura et diversa quibus in propriis capitulis est premissum obmittamus et prudenti tuo iudicio eligantur.

Capitulum de hiis que delectationem faciunt in coitu

Inquit princeps Abohaly non est turpe medico si loquatur de magnificatione virge et coangustatione vulve et delectatione prestandi coeuntibus ipsis quoniam sunt ex causis quibus provocatur ad generationem et spei salutem necnon coniugum amorem inseparabiliter perdurare prout divina sapientia ordinavit. Cum enim virga parva existit illo mulier non delectatur. Et cum vulva largior necnon vi-

quae sperma non emittitur cum puritate
quae corrumpantur corpora et resolvuntur
spermata debilitantur et sic generatio non
procedit nec species conservatur et cum non
inveniant diu dividuntur unusquisque
quaerens sibi comparem cui adhaereat
ut delectetur. Expedit ergo regimen
per curationem magnificationem ipsius
vulvae coangustationem et alia per
tantia quoquo. Et ex magnificantibus
virgam augmentando et excita-
tionem et cibus multiplicans sangui-
nem et etiam potus. In augmentatione
iam est regimen impugnatum quod
infra deo dante dicemus de decoratione.
Et ex compositis est fricatio cum sanguisugis
et lumbricis terrestribus exsiccatis et
halzabelet et siccantur sanguisugae
et ponantur in vase vitreo e aqua
eorum et dimittantur ob [illegible]
[illegible] et ultimo donec exsiccentur.
deinde terantur et liniatur cum eis.
Et ex coangustantibus sunt quaedam
quae faciunt illud constringendo et
partes vulvae et colli matricis coad-
unando ut styptica et pontica per
modum curationis fluxus suffumigia et
collyria circa vulnera quae sunt non
superius in cura fluxus. Et ex illis sunt
gallae in matura mixta balaustia
mespule et similia contrita et de-
cocta cum vino pontico cum rose
et gallia ad reblendum. Et ex illis
sunt cortices pini partes iiii. alumis
partes iii. cipi partis i. decoquantur
in vino pontico et odorifero et ma-
defiat in ipso pannus lini et suppo-
natur vulvae post virum et est medicamentum
faciens acquirere virginitatem. Et quaedam
faciunt illud agglutinando et sunt nominata
in cura fluxus sanguinis narium
vomitus sanguinis et ulcerum renum
et vesicae. Quaedam illud faciunt tra-
hendo humores ad labia et partes
vulvae et replendo quare tument
labia et via media coartatur ut sunt
medicinae rubificantes et calefa-
cientes. Et ex eis compositum est cor-
dumen et si bulliat cum gallia
vino albo mixto et epithimetur.
Et ex praestantibus delectationem utrisque
est retentio in ore cum melle cu-
bebarum cubebarum et ase et zz.
et piper cum mello cum praestat salina
quae utrique delectationem, ex qua etiam
si nauseat caput virgae non est mala
cum prima delectatio coitus inflammatione
existat secunda emissione spermatis quia
mulier emittit sperma et recipit ma-
iorem delectationem recipit cum emittit

uno emittente tamen ut Galienus
dixit. In sensu vero genitalium mem-
brorum fortis est virtus scilicet quae
in viris est expulsiva in feminis in
testiculis et vasis spermaticis. In
vulva enim forte est virtus appe-
titiva quae nimia fortitudine habet virtutis
inveniendo suscipiendo sperma
cum nimio desiderio et delectatione

Incipit summa secunda secundae particulae sectionis
primae continens capitula generalia xviii.

Incipit secunda secundae particulae sectionis primae continens capitula generalia xviii

Attulimus hucusque
sermonem in membris
generationis in
maribus ut scitur
natura iuvamentis
et actionibus naturalibus eorum et dis-
positionibus praeter naturam eisdem contingentibus
possibilibus medicinas adducimus salubres.
Deinceps afferamus sermonem in istis
generationis in mulieribus sive membris. Ex
generatione enim utrorumque sanus me-
stenus habet generatio fieri et ex eis
mutatis a sanitate quodlibet impe-
dimentum. Sunt autem duo genera organorum
generationis in mulieribus naturaliter
procreata matrix quae facit ad esse
et ubera quae ad permanentiam generati
post ortum. Est autem matrix membrum
significatum receptionis eius et
conservationis gratia ex substantia nervosa
ut quia non ex nervis a cerebro pro-
deuntibus fit contexta. Sed porus eius
substantia scilicet est nervus quia alba vis-
cosa et extensa panniculosa licet
nervi aliqui adveniant ei quibus
sentiat et est composita ex duobus
panniculis seu tunicis ad melius con-
tinendum quorum interior est asper ad
modum linguae bovis ad melius
continendum. Et venosa huius plexus
venas quietas et pulsatiles ramificatas
ex venis portae quibus eis
continuatur cum epate mamillis et
corde quare orificia figuntur in ipsis
et vocantur foramina multis seu coty-
ledones quibus continuantur panniculi
embrionis ut ex sanguine cur-
rente ex eis embrio nutriatur et co-
rpus e [illegible] caliditate ipsius.
Et earum exterior propinquior est ut sit
nervosa et non sunt tales nisi

ut dilatentur apud conceptum et magnitudinem embrionis et apud partum constringantur ad expulsionem ipsius. Et quantitas eius sequitur quantitatem corporis sicut mamille. In mulieribus enim est inter vesicam et rectum plurimum. In augmentatione vero eius quantitas est completa sicut ubera occupans sua magnitudine id quod est inter concavitatem umbilici usque ad meatum vulve posteriorem ad quem pervenit collum eius. Et figura eius est extensa arcuata in extremitatibus eius habens duo ova similia testiculos et expulsorum radices. Unde sibi mulieres habent vasa spermatis inter testiculos et expulsorum ad extremitates matricis. Habet enim duas concavitates matrix ipsa in hominibus et in aliis animalibus secundum numerum papillarum non secundum numerum embrionum secundum numerum concavitatum tamen ut asserunt quidam in ipsa enim matrice et concavitate eius generantur quinque et est minor numerus ad quem pervenit nati per Albucasim et Johannes Bapticius et Avicenna in quarto animalium Arist. Et quia duas habent quando plures generantur plurimum duo fuerunt. Et si carnem nimium consequantur et ipsi apud retentionem menstruorum ingrossantur et cum menstruatur extenuatur et munda remanet ut exinde melius conceptioni sit apta. Et est posita inter vesicam a parte anteriori et intestina a posteriori ut sit ei ad duobus lateribus sustentaculum et stratus lenis est sic me...tela simul cum embrione. Et ligatur matrix cum dorso ligamentis fortibus pluribus et ad partem sinus et vesice et ossi lato pectinis exeuntibus de genere nervorum venarum et arteriarum. Et collum eius est nervosum lacertosum cartilaginosum ...um apta quod in coitu ingrossatur et impinguatur. Et eius latitudo equalis et inter sex digitos usque ad novem. Et quod est inter illud et quinque elongatur et abbreviatur per usum coitus et dimissionem eius. Et quinque assimilatur in quanto est virge figure cum aliis corpore consuevit et habens meatos duos unum in extremitate vulve et dicitur os matricis exterius in quo est panniculus contextus ex venis et ligamentis subtilibus valde orta ex omnibus partibus eius quos destruit virginitas et currit quod in eis est de sanguine et cum coitur matrix usque ad illud os continuatur quod procedens ad...
desiderando attrahere spermata per similitudinem et formam et meatus colli vesice prae exterius venam educitur et est in medio parte superiori et unum alia membra tum ledendo

per ea non ledat et in aliquibus mulieribus collum reddit ad sinistrum et in aliquibus ad dextrum. Aliud intrinsecum meta os matricis interius ex quo deglutit spermata et cum deglutit clauditur ut puncta acus non posset ingredi et eo aperto dei precepto parit fetum. Et in collo matricis et ipsum sunt orificia venarum per que menstrua interius expelluntur quibus superfluitates corporis totius purgantur non venientes ad eius concavitatem ne inficiant continens et contentum. Ex quibus manifeste colligi potest actiones naturales cause et egritudines matricis evenire possibiles cause earum et loca et nocumenta actionum ipsius. Actiones vero naturales sunt menstruare concipere et generare et impinguare et tertia est parere. Egritudines ei possibiles evenire sunt complexione et ex quantitate et complexione est simplex et composite. Simplex ut mala complexio simplex et mixta pura et impura mala compositio solutio continuitatis et composite et capitur generaliter. Ex quantitate vero sunt ut coiret ipsa et compariatur membris aliis et maxime superioribus principalibus sicut alia compatiuntur eidem potest accidit in suffocatione matricis et multiplicatis egritudinibus in matrice debilitatur epar et disponitur ut fiat ydropisis. Nocumenta actionum sunt plura secundum pluralitatem earum que infra ponuntur ex quorum consideratione pervenire opportet ad cognitionem egritudinum predictarum et exeuntibus menstruis et aliis quare multa dolore et timore circa ventrem. Et finem habet summa que tenet capitula generalia xviii.

Capitulum primum de menstruis et eorum iudiciis

Ca primum de menstruis et eorum iudiciis

Menstrua sunt
ex sanguine superfluente
in mulieribus sicut sperma
ex superfluo eius in
viris sunt tamen et alia
prout capitulo 9o de qualibus dixit
talis autem sanguis in mulierum corpori
bus aggregatur cottidie per indiges
tionis modum propter lapsum nature
earum ad frigidum et humidum ex
cedencium sexus cum sit femina
masculus occasionatus. Hoc tamen est
divina sapiencia ordinante talem mittit
sanguinem in matricis concavum vel
illud quod substanciam eius mittit pro nutrime
to ipsius gracia de generologie futura de
nt siquidem partum in eo sit cedat in
nutrimentum et augmentum corporis
embrionis. Iam ex sanguine mulieris
ipsius nascitur generatum. Quod vero impu
rum ut superfluum de corpore expellatur
quemadmodum est videre in plurimis
lunaris ex quibus generare speciem
eminet quod menstruum dicitur seu flos
ipsius. Et quod corpus mulieris generacioni
est aptum et cum completum fuit et perfun
ditate plus tunc unum quod perfectum est
cum tale quale ipsum generare potest sanguis
ille ad matricem non mittitur nec menstrua
apparebunt donec augmentatum
et completum fuit cum pubes in nutri
mentum matricis transeat omnis sanguis
generacioni aptus sic hoc autem tempus
perficitur natura in xiiij annis cum in maribus
in xiiij limitatur et hoc propter defectum
nature mulieris quare in utero tardius
completur et cicius perficitur extra ipsum
quod eius debile et femininum est tarde per
venit ad augmentum et cum pervenit
parum durat sicut quod mora et status
complementum et brevis et tunc
menstrua proveniunt secundum statum corporis
redopante racione etatis. In illo autem
in medio generacione fiente ille san
guis totus retinetur et purum eius
propter nutrimentum embrionis atque aug
mentum et carnis generacionem mitti
in matricem propterea ulcera ut hec
fiat nutricionem eius opportunum
post eius ortum impurum vero par
tim reservatur vel refluet in venis
secundine et vacuo eius et tunc
auxiliatur sua lubricitate et facil
fiat exitus embrionis. Et inde cum
ante partum menstrua superveniant
in quantitate consueta fetum sunt
egrum vel debilem ut dixit ypocrates
in muliere sanguinea et in quantitate
modica consueta generacioni vero non
fiente in muliere sana purus eius
retinetur in membris et ea impinguat
ut est manifestum. Quod vero impu
rum est ad matricem tamquam ad corpus
sentinam impellitur ut ab ea ex corpore
et superfluum educatur quemadmodum
per emorroydas exiens que in melancholicis
qualibus refluat ut in additamentis
sui corporis generatur nec tamen cotti
die educitur licet cottidie congregetur
nec cottidie abhominabilis inser
cio eius et decursu pacio non sequatur
primo paulatim aggregatur quia diu
superfluitas fuit quantitate per naturam ex
pulsiva corporis nequeat tollerare
et inde ad eius moveat expulsi
onem. Hec autem tempora natura dei sapiencia
compensavit ut tempus aggregacionis
eius qualis esset mensis unius et
plus vel minus secundum naturam temporis et
regiminis variatur. Et dicitur tempus
interpolacionis ipsorum et simul
tempus apericionis ipso in fine mensis
coadunatur influencia lune et per
duracionis ipsorum et equale fit
illud quod est ut unum dierum secundum septima
nam et est tempus dierum cum licet
in aliquibus brevius propter causam predictam.
Et simul quantitas et qualitas cum
eius per indigestionis modum aggregetur
talis sanguis in corpore secundum mulieres
in quantum digestio forcior est ut in muliere
virgine pauca sibi et maior fex
cum concurrentibus aliis circumstanciis

[i]n mulieribus quantitas maior erit. In qua
vero digestio debilior aut in laxa et
molli multi cibi et orij tristitia[m]
et consilibus maior erit. Et propter eandem
causam color cutis in pluribus earum
erit subrubeus ad albedinem tendens
ad modum sanguinis arietis nomine in
gulari in puellis scilicet in principio in
mulieribus vero subrubeus clarus in san
guineis rubeus rosens [i]n flegmaticis ad
albedinem multam tendens. Cum ergo
menstrua sunt temperata in qualitate
quantitate et tempore suo concurrente
secundum consuetudinem sua naturalem et con
spatio sunt causa sanitatis mulieris
et mundificationis corporis eius ab omni
nocumento mixto et quali et faciunt ipsam
acquirere castitatem et paucitatem de
siderij et eventus ipsorum erit suavis
cum bona tolleranicia et absque aliquo
accidente primo modo natura cum mulierum
dispensans corpora earum per matricem ex
menstruis velud per renos et vrinas ex
statuit ulterius expurgari ut Galienus
dicit. Cum ergo alteratur ad dispositionem sua
naturali cum primis venit accidentibus
scilicet dolore capitis fastidio cum appetitu
debilitate cordis dolore dorsi et renum
lumborum et gravedine ancharum
que circa ipsarum sunt signa et sic
sua egritudinum plurimarum. Et si quandoque alte
rentur in dolore et tempore cum egritu
dinis indicat natura in provisione ducta
proportione mulierum menstrua sine dolore
aut non fiunt se semper facta purgatione
indigere significat. Si vero in quantitate
fiunt egritudinum vel morbi. Inquit enim
Galienus sanitatem esse temperatum et equa
litatem. Exiens autem temperatum procul
dubio incidit in egritudinem et si pa
rum causa morbi sit. Si vero plurimum
morbus appellatur. Unde ypo. in amforismis
menstruis pluribus venientibus et non
venientibus contra naturam accidunt egritudines
dicit egritudines accidentes ex superflui
tate ipsorum sunt egritudines inani
tionis principaliter et per se note sunt per
accidens vero et consequenter egritu
dines repletionis ex quibus ydropisis
est plurimum. Egritudines vero accidentes
ex retentione ipsorum simpliciter vel in parte
sunt repletionales et per se et proprie. Et
quedam earum sunt proprie corporis quedam
matrici et quedam communes utriusque corporis
aut egritudines sunt cum ante impel
latur ad matricem quantitas sanguinis ex
quo menstrua fiant retinetur et cor
rumpatur inveniens et febrem accendat
vel colligatur malicie membro ad apostema vel
pluralitatem aliter disponatur matricem proprie
fuit ex quo ad matricem missus est et
retinetur ibidem nec extra expellitur
utrisque autem cum suffocatione matricis fiat
ex eo. Hec autem et alie fiunt egritudines
omne generis dentes mulieris et secundum diversi
tatem complexionis earum si fuit colericus
generabuntur in ea egritudines colerice
si melancolicus melancolice si flegmaticus flegmatice si san
guineus sanguinee generabuntur per accidens
vero et secundarie fient egritudines
inanitionis et fluxus ventris fluxus
sanguinis narium vomitus sanguinis emo
roydes et similia eius materia determinate
natura unde ypo. in amforismis mulieri in menstruis
superveientibus sanguine a naribus
fluere bonum est

Capitulum 3^m de generatione seu impregnatione
naturali etc.

Ca^m 3^m de generatione seu impregnatione naturali

Conceptio et in
pregnatio consignificant
idem generaliter sumpte specia
liter autem conceptio est seminis
a matrice comprehensio et prior generatio
est embrionis et consequens impregnatio
vero est mulieris et ultio apparens
que una alti sic disponitur. In missio
enim semine in matricem utroque existente
generatione apto et bene disposito ut quia
semen viri et mulieris sit non alteratum
non corruptum nec aliquo modo nobiliter
infectum seu debilitatum primo per frigus
et semen ut dicit de spermate est ductum
in matrice et temperata quod ypo. dixit.
Que enim frigidas et densas matrices
habent non concipiunt. Similiter et in ma
tribus addens generatio separatur in maxime
mutiorum mixtionem concurrere superiorum
principalium ut quia in eo sit desiderium hy
laritas et voluntas et superiorum celestium
corporum influentia et aliarum rerum
regimine conducentur. Sic enim est enim
in semine perfecto materia per hoc separatur
germinatio cum perductis consimilia assimi
tur vero indispositio sit eorum ex parte
alterius vel amborum germinatio impeditur
vel annihilatur. Suscepto enim semine in
matrice non adhuc generatio est certa
nisi semine viri immixtum fuit cum semine
mulieris quatenus temperentur et inter se
ad invicem agant quiescunt in ge
neratione durante pho. Semine enim
nisi mixtum fuit ex duobus non genera
bitur aliquid sicut inter caseus nisi coagulum
consistat lacti unde Galienus omnis
virtus operativa est carens materia apta quam
attingat tunc enim bene mixtum erit
ex duabus semen in corpore sit ambo

spermata emittentur que motibus
voluntatibus et appetitibus qui ea
impellunt ad invicem inter se natu-
ralis enim cum appetit formari et econ-
verso sibi occurrunt impulsa ad invi-
cem inter se et melius commiscentur
et temperantur cumque sperma tale inve-
tur sic fuerit in matrice tali nec
aliquod impediens superveniat ex
parte regiminis et causarum que sunt
cause abortus de quo infra deducte
dicemus et matrix colligetur super
ipsum taliter ut nullum ibi interveniat
spacium et os intrinsecum et totaliter
claudit ut nec puncta stili vel acus
ut Galienus dixit parva vel licet i.
puncta grafii tunc ingredi possit.
Conceptus tunc facta esse dicitur et ex
tunc sperma manet in forma lactis
per vi. dies. deinde alteratur potencia
virtutis formative existentis in spermate
viri qui alterat et permiscet partes sper-
matis mulieris dans unicuique formam
de membre complexionis propriam et fit
primi disposicio que accidit in die x
una est spumacio spermatis mulieris
ex operacione virtutis informative
ex viri semine procedentis alia vero est co-
posicio subtilis cuiusdam membrane
ex suprema parte ipsius ex virtute sper-
matis viri secundum Galienum vel ex calore
matricis vel utriusque spermatis mulieris
magis et viri minus secundum alios. Circa
primum vero nature intencio est ut generet vesicas
tres qui sunt minime spiritus vitalis
animalis et naturalis in virili spermate co-
tentis in quibus figantur et existant
quod unicuique proprium est. Et primo prima
vesica fit rotunda in medio humiditatis
Et ibi deputatur locus cordi / deinde fiunt ex
latere eius sinistro et dextro due ve-
sice ramificate ab illa confuse ut
inter se non distincte statim bene dum
separantur ab invicem post horam et distenuntur
et fit superna locus et id ex quo creatur
cerebrum et dextra id ex quo creatur epar
et impletur illa dextra sanguine ad albe-
dinem declinante et penetrat ad exteriorem
partem humiditatis post duas vesicas ro-
tonsitas mundans et extendens ea
et recipit restauracionem a matrice
et spiritum et sanguine tacto virtute viril-
seminis ab ipsa et inde creatur umbilicus
et divise sunt lineacionis operacione
virtutis illius et informatur reliqua
membra radicalia ex reliquo semi-
nis mulieris ordine et certorum dierum
spacio infra distincto. Circa disposicionem
vero alteram nature intencio est ut
generet panniculum quo involvatur

embrio et a matrice distinguatur quem-
admodum crusta a pane ex calore
assante elevatur generatur inquam
panniculus penetrant et infigunt
orificia venarum matricis ex quibus
virtute viri seminis sanguis trahitur
a matrice ad locum concavum generacionis
ut ex eo embrio nutriatur et membra
eius tamen modica cum sint ex
modico semine procreata debitum reci-
piant nutrimentum et membra sem-
inea generentur et tunc quia cum
membra eius creata sunt multo in-
digencia nutrimento et indurato
est panniculus ille qui post spacium
dividitur in panniculos tres propter rocez
inferius assignanda cum ante gene-
racionem panniculo prius indigente
embrione nutrimento non nutriatur
ab illo nec foraminibus eius. Inquit
enim Galienus Generatur enim quod non
est nutritur et augmentetur quod est
Ordo autem et spacium antiquata de-
mirat taliter est. Nam prima vi. diebus
qui sunt a primo concepcionis fortis
virtus informativa embrionem
non petendo aliquid ex matrice et post
illud appetit Et fit inceptio alacri
in pectore matris duobus diebus post
illud et sunt viii. a primo. deinde in quinque
aliis diebus et sunt xiii. accidit op-
cione penetrat sanguis in toto et
fiat illud unde creatur complete et
et deinde novem aliis diebus post illos
fit humidas sanguinea caro et iam
discernuntur frusta carnis et dis-
tinguntur membra principalia tam manifeste
et iam separantur alia a contactu
aliorum et extendat humiditas
nuche post in viii aliis diebus se-
paratur caput ab humeris et extre-
mitatibus et a lateribus et ventre
et distinguntur sensus organa ut sep-
ciat post illud in iiii^or diebus completis
xxxv. diebus a primo conceptus apparet
in embrionum abortu et in aqua po-
sito secundum distinctos dies membris
manifeste apparent perdistincta
membra et omnia in xl. diebus abor-
so Hoc enim est tempus equale et
medium ad informacionem et brevius
est 30. et secundum aliquos et longius
et magis extensum est xlv. Nam
ut quidam dicunt non reperitur in abor-
su masculus completus ante 30. dies
cum eius composicio sit velocior
quia forcior ut Aristoteles dixit Et tamen supra
assignavimus et generacio embrionis
facta demonstratur ex tunc et post principium
in ventris plenitudo Et cum supervenerit

informationi duplum temporis in quo
informatur embrio movetur. Et cum
supervenerit motui duplum eius in quo
movetur pervenerit ad augmentum eius
et nascitur si impediens non intervenie-
at aut ex parte matricis aut embrionis
quia infirmi fuerint aut ex parte
regiminis quod ita si formacio fiat in 30
diebus secundum illos nascetur in 6 mensibus
et est racio nec verum quia si esset
in 6 viveret quod falsum est si vero in 30 die-
bus informacio compleatur nascetur
in 7 mensibus et est plurimum. Si vero
in 40 diebus informacio compleatur
nascetur in mensibus novem et est
frequencius. Et causa tripli racionis(?)
panniculi in quo involvitur fetus quod
non intrandit(?) est ut in primo panicu-
lo extremo posito ad secundinam vo-
cato texantur vene pulsatiles ex tran-
verso agminibus per umbilicum eventa-
cionis spiritus recipit embrio non per os
que dividit in duas et alia quieta
vena et vocatur biles et est involuta
embrioni ut effundatur ex eo sanguis
et colligatur ad ipsum fetus urina ex
effusorio umbilici non ex virga usque
ad horam partus. Secundus dicitur alchas et quod
ut retineat sudorem. Tertius est panniculus
subtilior aliis ut aggreget humiditatem
luminosam ex embrione et non ledat
cum sua subtilitate et diuturne quemadmodum
ledit secundina cum sit superficies tenera
embrionis sicut ulcera consolidata que
non sunt firma. Iuvamentum autem in
retencione illarum superfluitatum est ut
separet inter embrionem et urinam et
humiditates seu superfluitates et hor-
ne sua acuitate et mordacitate
urina et sudor ledunt embrionem. Et e con-
verso intelligenda superfluitatem sicut
egestionis non fuit ei necessarium cum
in eo quo nutritur non sit grossa super-
fluitas neque fex cum subtile existat.
Cumque sperma viri calidum fuit et di-
gestum et spissum grandinosum et habun-
dans et potens super frigiditatem et indiges-
tionem spermatis mulieris et cum hoc
processerat ex dextro testiculo simul(?)
quod et descendat(?) ex rene dextro altiore
et propinquiore epati et per hoc calidi-
ori suntque convenienter corporis per meam(?)
disposicionem matricis et ceciderit in
dextro matricis. Et sibi sperma mulie-
ris confertatibus similibus generabitur plurimum
masculus ad quod iuvat aer regio tem-
pus frigidum et ventus septentrionalis.
Et similiter etas adolescentia non puericia
propter incomplecionem non senectus
propter defectum. Et contraria si assumit

generabitur plurimum femina. Et dicunt quidam
prudentes si cadat ex dextro in sinistrum(?) in
dextrum masculinat si vero ex sinistro
in sinistrum femininat. Et si cadat sinistro in
dextrum eius erit femina masculina
seu virago et si ex dextro in sinistrum
erit masculus femineus. Porro cum
sperma commixtum habundans fuit quod potest
ut divisum in partes mandat in duas
gravitates matricis cum potencia virtute
reservata in una quod fiet generacio gemel-
lorum divisi sexus plurimum et quandoque eius-
dem et parium salvatur nec est inconve-
niens cum aliquibus parte eius generata
post integre resolvent quemadmodum in una
quaque parte divisi speculi vis representativa
imaginis et illud est plurimum. Et quandoque horum
generacio a duobus spermatibus in duobus
coytibus procedit ita ut sit impregnacio
super impregnacionem inter quos non tempus
interferatur et tamen raro salvantur respectu
generacionis unius. Hec autem accidit in
mulieribus fortibus multe calitatis
sanguinis et multorum pilorum in quibus
matrices sunt fortes nec abortivit cum
menstruis semel venientibus nec bis
timetur eius litigii et contencionem
super ambos quod plurimum perducit ad febres
et aliorum egritudinum eventum et ut alter
abortiatur ipsorum. Et si cadat impreg-
nacio super impregnacionem in non valido
forti et in ea que non concipit nisi propter
appeticionem vehemencius non propter fortitudinem
eius timetur sed filius primus sit debili-
tatus quare corripitur eius et causa de-
bilitatis est ex qua est defectus sanguinis
nutrimenti. Quibusdam vero visum est
quod impregnacio super impregnacionem fieri non
possit eo quod impregnacionem concluditur
os matricis sicut ypo. dixit nec non
[illegible] ex matrice sperma non exiret ex quo
habuit quod aptavit propter quod sperma exierit
sed fiunt vanitatem apud impregnacionem con-
cluditur os ipso ut ypo. dixit non tamen
in recipiendo sed in custodiendo bene quod
unde concipit ne perdat. Et si sperma de
matrice est tunc non exiret verum est
ex [illegible] sed nichil prohibet ipsum exire inter-
dum menstrua illic exierit. Et si delec-
tacio adest in coitu non est magis
ad recipiendum quam mulier emittendum
[illegible] recipit quod formale ut generet item
emittet et si male ut comprehendat
cum humidat. Et causa impregnatur puella
que nondum consueta est xii annos com-
pletos licet sit timetur ei mors
propter parvitatem matricis. Et cum mater
est sana et boni regiminis embrio plurimum
sanus est cum [illegible] infirmabitur in toto
corpore quia febricitat vel maligno membro

et ipse in matrice vite est ipm pati et magis si mali regiminis fuit Et si quando febris aliqua acutarum fuit vel apostema calidum in matrice mortalis est dixit ypo. Signa conceptionis sunt plura Et siquidem ipsorum Quedam sunt signa conceptionis masculine quedam femine quedam gemellorum quedam singularis quedam sane quedam egre Et ex conceptionis signis quedam sunt sumpta ex disposicionibus perceptis a muliere in se ipsa quedam ex perceptis et consideratis a medico circa ipsam et quedam investigata experimentaliter in ipsa. priora vero sunt perceptio conveniencie emissionis duorum spermatum et cum velocitate in qua capit virge siccitas sit et cum suctione admiracionis oris matricis tante absque duricie ut in ipsam non posset ingredi stilus secundum ypo. et Galienum in amphoris et hoc propter siccitatem ex suctione avida et forti ut non inveniatur humectatio loci post coitum et cum elevatione eius ad superiora et anteriora et retinentur membra usque ad tempus partus et post mensem menstruatur et accidit dolor parvus in eo quod inter umbilicum est et pectinem Et quandoque difficultas urine et accidit ut abhorreat coitum licet pregnans masculi magis abhorreat Et si coitur cum ea non emittit sperma viro dolet sub umbilico post ipm et anxietates insunt nausea et abhominacio ut ypo. dixit in amphoris quod est quod in concepta os stomachi mordetur secundum Galienum dixit et subiunxit et ex illis est vertigo dolor capitis tenebrositas oculorum et pulsus cordis Que autem a medico inspiciuntur circa ipsam sunt commotio appetitus mali et illud est post mensem aut duos ut dictum est in stomacho et citrinatur albedo oculorum et profundatur et palpebrarum mollificatio ipsorum quandoque Et acuitur aspectus eius et moratur pupilla eius et ingrossatur eorum albedo et non citrinatur secundum multum et natura est alteracio coloris et motus impressionum egredientium a natura quamvis sint pregnante ex masculo minus Et quandoque impregnando sedat dolores dorsi et ancharum propterea quod calefacit matrix et ipse cum concepit masculum et et cum parit redeunt Et quandoque alteratur corpus eius ab eo quod fuit quare dilatatur et cetera citrinantur vene eius super ipm et valde fiunt Et in pluribus pregnantibus accidit ut mollificetur eorum corpora in principio retencionis menstruorum et ex superfluitate eius quod restat ex cibacione ipsius cum parvo indigeat propter debilitatem et parvitatem sui. deinde tum magnificatur embrio totum consumit in cibatione eius quare redeunt ad naturalitatem suam

Que vero inspecta sunt extra ipsam sunt signa que inspiciuntur in exeuntibus ab ea ipse in urina In principio enim impregnationis urina est clara subtilis et coloris varii i. varii quia citrina ad subalbedinem tendentis et super ipsius orificio est sicut nebula sicut et in medio eius videtur sicut totum carminatum vel dispersum propter digestionem in eo precedentis a membris quorum calor confortatus est ex impregnacione et ipse si masculus fuit conceptus et in eo sunt grana que ascendunt et descendunt et cum movetur non turbatur In fine vero pregnacionis loco eius quod apparuit in principio subalbedinis apparebit rubedo quia est sicut malum vini i. corruptum et aqua cicerum et cum movetur turbatur Et parientis vero secundum phil. vel mixta est et in fundo eius est sicut attinetum et sordities Que vero sumuntur experimento in ipsa sunt sunt ut puta secundum quod ypo. dixit in amphoris Mulier si vis scire si concepit cum ea nocturna est mellicratum da bibere i. ydromel quod fit ex melle et ii. aque et aqua pluviali tunc enim et cum expergefit supervenit Et siquidem torsionem habuit concepit si vero non non et est experimentum eorum nisi inconsuetis bibere illud Et item in alio dixit amphoris Mulier si non concepit in vero vel aut scire si concepit i. concipere apta sit suffle et laboret lemno in die contegens eam vestimentis scilicet in sero suffumiga eam desursum a cotibus scilicet per traiectorium siquidem si ardor transire per corpus ad os et nares cognoscere quod ipsa non ex se non generat est aut culpa viri quod licet in cognoscenda mulieris aptitudine ad conceptum et ineptitudine ab ypocrate sit introductum tamen eadem ratione ad cognoscendum conceptionem sic terem vel non potest assumi Et similiter experitur supponendo allium et super dormiendo et considerando si sapor et odor ascendit ad os et nares Et supponitur aristologia cum melle ut infra dicemus Et ex signis conceptionis masculine quedam sumuntur ex parte disposicionis utriusque genitorum Et quedam

ex parte dispositionis pregnantis tantum et
ex parte generantis masculi et femine
dispositionum mas quidem quia est forte
corporis equalis carnis mediocritate
et mollitie et multi spermatis spissi
et calidi et quia est magnior testium
et magnarum venarum forte defidentiam
non debilitat coytus et ex eius dextro
dicitur sperma Et modus est ut constri
gatur testiculus sinister apud emissionem
spermatis et effundatur ex dextro sinist
ri constricto fecerit Cum in adolescentia
prius inflatur testiculus dexter tunc
ipse est masculinans et si sinister tunc
est feminans Et similiter ille ad quem
cito festinat pollutio non ancoriu
mento sed a spermate erit faciens mas
culos Et experimentum est ut colligatur
sperma et si est spissum et preciosum
magnum rotundetur et descendat
est generatiuum masculi Et ex signis mu
lieris est ut mulier sit equalis forme
et corporis solide carnis non mollis
et menstrua eius sunt digesta
spissa non cruda subtilia nec aquosa
vel adusta nec debilia insuper respectu
spermatis viri tantum et eius ob inter
vulue oppositum est Et eius digestio
forte est et eius vene sunt appa
rentes et manifeste et eius sensus
et motus secundum quod existimat nec
habet ventris solutionem nec constric
tionem assiduam et oculi eius sunt
declines ad sui   dine absque
sub albedine et est gaudens et le
leta Et puelle viri potentes in prin
cipio coeunt sunt veloces in pregna
tionis propter caliditatem corum forti
tudinem et puritatem adipis matri
cerarum et humiditatem carnium et ille
quibus velociter veniunt menstrua
dignores sunt et concipiant mas
culos et spatium mundificationis est
breue quia usque ad 22 dies non
usque ad xl quibus econtrario vero i
veniuntur ut plurimum sunt generantes
feminas Signa vero sumpta ex con
cipiente et pregnante tamen sunt nam
pregnans in masculo est bene colo
rata et mundi oculis facici ut ypo.
dixit et plus leuitatis et agilitatis
et melioris appetitus et quietacionis
et sentit grauitatem in latere dextro
vnde ypo. dixit mares quidem in dextro
feris vero in sinistro ut plurimum ge
nerantur Et proinde cum mouetur
fetus sentit motum in latere dextro
Et cum mamilla incipit augmentari
augmentatur dextra et altius pa
pilla dextra in albedinem vel rubedinem

non ingredinem vel tristitiam et ab
ipsa currit lac prius et quod currit
ab ea est grossum viscosum non
tenue aquosum ita quod distillatum
super speculum et expositum soli
remaneat sicut frustum granum vel
margarita Et si trahatur guta
sanguinis ad extra partem eius et cadat
magnum descendit propter eandem
causam et fit pulsus dexter vehe
mentior plenius et frequens Et dixe
runt quidam quod cum ipsa mouetur
a statione sua mouet prius pedem
dextrum et oculus eius dexter leuior
est motus et velocioris et mouetur
post menses in femina vero post maior
Omnibus vero sunt signa contra
ria portant feminas secundum plurimum
Et experimentum est ut sua tunc aristo
logie cum prius et teratur et confi
ciatur cum melle Et supponatur cum
lana viridi a mane usque ad meridiem
in ieiunio tunc si dulcescat saliua eius
conceptionis masculinum et si est ama
tum est femina et si nullo modo
alteretur non est pregnans et hoc indi
get presentatione Et signa gemel
lorum sunt ut consideretur pregnantis
venter et sequendum si non inueniatur
medio ruga nec nodus tunc embrio
est vnus Si autem inueniantur ru
ge et nodus tunc unus fetum
erat secundum numerum rugarum et ipse in
vno latere sentitur motus absque
altero et econtrario Et signa sanitatis
fetus sunt sanitas matricis in toto
et in parte et ipse in matrice et boni
tas regiminis et quod mouetur
fetus debito modo consueto
Signum egritudinis eius est econtra
Et cum accidit fluxus ventris vel
menstrua superueniunt modo consue
to impossibile est fetum esse sanum ut
ypo. dixit Et apparitio lactis in
mamillis in primo mense et cum
exprimitur cum ligetur fetum secundum debi
lem Et temporum diuersitas seu mu
tatio indicat fetus egritudinem
quemadmodum ypo. manifestauit 3e particule dixit

Capitulum 3m de regimine pregnantis
et fetus

Regimen pregnantis et fetus est
duplex generale et
speciale Generale est tres
res prima sanitatem

corum consequet et complos admi[ni]s
tratione vi. rerum non naturalium debita et
est ut degat in aere temperato et
occupetur exercitio temperato et moti
suavi et delectabili et cibus eius sit
panis mundus et carnes facilis diges
tionis et boni nutrimenti quae noti sunt
et vinum subtile odoriferum et vetus
et nigrum mediocriter lymphatum et lim
phatum cum aqua ferrata et in 2.
mense sunt passulas citonio dulcia
et pira ex excitantia appetitum et
mala mustia et granata et somnus
eius et quies sit temperatus et vi
gilie et similiter assiduet lenificati[v]a
sua naturam maxime quando constringitur
valde. Sunt autem ex lenificantibus
cum equalitate sicut sunt fructus
lubrici et herbe que in estate ve
getantur ut prima damascena esta
te recensa et ficus et cetera. et tamarindi
et manna et herbe molles. Hye
me vero caveat repletione tempera
tam cibi et potus adiuvat et gau
diis temperatis et lenificantibus mu
tatur et rebus alterantibus et abor
sum provocantibus obviet. Et hoc
obmissione et evitatione omnis
rei permutantis sanitatem eorum et
que dicissim duc[er]e possunt que infra
dicentur et visu medicinarum con
fortantium membra principalia stoma[chum]
et matricem ex quibus sunt electua
ria unctiones et emplastra que hic
infra dicentur. 3[u]s est que acci
dentia supervenientia in pregnacioni
corrigit et emendat que aborsum
producere possunt ex quibus sunt dolor
ventris difficultas urine et distillatio
anxietas et alhelacio et nausea
corruptio appetitus dolor stomachi
vomitus dolor capitis vertigo et
tenebrositas oculorum et pulsus seu
tremor cordis inflatio pedum et
mollificatio et apertio menstruorum
de quibus omnibus dicta est superius
preter cursum menstruorum. Et hec cura
obfirmanda in ea tacite subingeretur
et est ut cum hemoraibus et si possibile
est etiam extremis applicandum precedamus
in tribus mensibus 2 et 3 mensibus et
ultimis. Inquint enim ypo pregnantes
purgare si conveniat a quarto usque ad
vii. vel vi. mensem mense vero has etc. Et
in cursu menstruorum commendatum est
philonium persicum valde. Et experti ut
bibant vinum ponticum cum aqua aliquis
nigrum quod prohibet vomitum et confortat
fetum in matrice. Et sedat in aqua de
coctionis gallarum balaustiarum corticum
granatorum cipsi mirtillorum et huiusmodi
tepida. Et similiter de mane vinum co
stictum de terra sigillata cum succo
et sub mamillis absque scarificatione
prius omnibus ponantur ventose et
ungatur venter et renes in hac unc
tione R. bol. mastic. san. dra
co sigillate thus an. ʒ. i. sumac
berberis nuc. cipsi ypoquistidos
acacie an. ʒ. i. colofonie farine
siliginis an. ʒ. i. conficiantur cum succo
plantaginis et virge pastoris.
Ad vomitum expertus est sirupus
de agresta et acetositas citri.
Ad mollificationem membrorum experta
est tyriaca andromachi cum vino
decoctionis salvie. Hec enim molli
ficationem et debilitationem tollit
membrorum humiditates matricis exiccat
et consumit et confirmat fetum
ut ait abohaly. Ad pedum infla
tionem dimittio et subtractio vini
et fomentatio in aqua salsa vel maris
et emplastrum de foliis caulium rubeorum
assorum et gentio ... Electuarium
expertum ad confortationem fetus
et matricis R. doronici zedoarie
margaritarum utriusque coralli bee
nalbi et rubei gallarum spodii ase
odorifere gallie muscate cardamo
mi cinamomi pontici an. ʒ. i. bol.
ar. terre sigillate an. ʒ. ss. sirupi
rosarum et succi virge pastoris quod
sufficit dosis ʒ. ss. Hoc enim rectificat
ad dispositionem matricis earum et
stomachi et intestinorum et cordis
et cerebri et dyambre confectio
fiat illud subtractis musco et
spica et cinamomum sit ponticum
Et si addatur ypoquistidos et spo
dium et sucus rubi cum sumac per
ficiet intentionem. Emplastrum expertum
ad confortationem stomachi matricis
et retentionem vomitus et fluxus
ventris est emplastrum factum de gallia
intentionis caliditatis contrarietate.
Et si mundificatione indiget unum
dificetur cum gelamalin cum aqua
polipodii sicut inventio bona co
fortans hyera meta R. olei mirtini
ʒ. iii. dissolvatur in eo thuris albi
et mastic. an. ʒ. i. et inungantur
renes vel ex oleo mastico cum pulvere
terre sigillate. Generale regimen impregnatis
est duplex unum quod convenit habentis
masculum aliud quod convenit habenti
gemellos. Et aliud quod convenit habenti
debilem et infirmum. Primum est du
plex primum est dispositum aliud consuetum
Et dispositum est quod disponit matricem

p vomitu pregnantium

de mollificatione menstruorum

Electuarium

Emplastrum ad confortationem stomachi

re[medi]a facientes gen[er]are masculu[m]

et feminam ad masculi procreationem et impregnationem et est ut ambo calefiant cum cibis et potibus et sumptione metridati et si cum suffumigationibus odoriferis cum pessariis calefacientibus unctionibus et specialiter cum odoribus calidis confortantibus matricem et disponentibus ad conceptum et specialiter cum musco croco xiloaloes muscato et cinamomo absque camfora et cum confectione nero et galline muscate et studeant et usque digestio sit perfecta et ut devitent omnia cibum frigida vel potentia et potum aque et ut dimittat coitum ad tempus non omnino et corrumpit sperma ut dormiens vivat in gaudio et decubant in domo leta in qua sint masculorum et ymagines masculis et firmet meditationem suam in masculis fortibus et melioris forme et pulchrioris figure et coeant. Consultatio vero est triplex primum ut habeant masculum producta exhibita declinant ad calidum parum cum intromissione frigidum. 2[m] ut cibi et potus sint multe qualitatis et pauce quantitatis. 3[m] est quod infra specificabimus in aborsu si deus voluit qui sit benedictus et habeant gemellos similia competunt et alia ex his sunt que cum specialitate operantur ad hoc est lutum crescentum suspensum super pregnantem preservat eam ab aborsu et alleviat partum. Electuarium ad ventositates que fiunt pregnantibus et solutiones nature et nominatur conservans 2[m] Johannem Saporum [?] Recipe castorei nucis muscate zedoarie doronici omnium ana pondus ʒ v. dinicos [?] serapini omnium ana pondus ʒ i. seminis insquiami albi margaritarum ana ʒ ss. zuccari duplum omnium misceantur et sit pondus ʒ i. ss. Aliud pregnantibus et ventositatibus muris [?] et conservat embrionem. Recipe zedoarie doronici ana ʒ ii. margaritarum non perforatarum et bdellii castorei et carabe sete cinamomi omnium ana ʒ ss. kali [?] rosarum gariofili mellis quantum necesse est dosis sit ʒ ss. modo per mixto aut misceatur cum zuccaro et detur. Inquit Albohaly ad pregnantes et confirmatorium fetus tyriaca consulit fetum Galieni et Andromachi quoniam vero dyadragagantum [?] facit aborsum. Johannis Saporum filius dixit juvamenta ad apata [?] atomum [?] impedientibus pregnantibus sunt papirus qui infunditur in aceto et ponitur super ipsos et oleum rosarum quod

miscetur cum aceto et ponitur et inungitur cum eo pes et sal tertium charta cum aceto et cimolea et est marmor invento cum luto viridi quod ponitur cum aceto et linitur et augmentum sal ferrum quod teritur cum oleo et linitur et linum tertium resolutum in aqua camphore et aloes et sandali et sandali rubei quod linitur cum aqua solatri

Ca[pitulum] 3[m] de partu naturali

Partus naturalis

est cum fetus moveatur ad partum vel exitum quia iam completus in utero fuit siquidem naturaliter sue intentionis finem adeptam velut perfectum in manifestum ducere quod perfecerat. Et proinde matrix naturaliter agitatum in hora ortum movet ipsum desiderans expellere ipsum et non mirum. Et ipsius cum est coartatio eius et defectus sanguinis et cibus sibi pervenientibus a matre ad eius alimentum est ipsius eius eventationem querere recalescitum vero movet querens exire locum sue creationis ut quod sibi deficit suppleatur post partum et tunc matrix suscipiens nocumentum eius clausa tam longo tempore existens mox aperitur et comprimitur ad eius expulsionem modo quodam mirabili. Unde etiam Galienus capitulo [?]. Quod enim utilius quod non erit mirabilius quam mensibus quidem totis novem clausisse os matricis diligentissime ut nec puncta permanet luti acumine grossissimi suscipiat perfecte vero concepto distantia habet tam magnam ut coitum aliud exeat per illud tunc divino precepto habet aut indicia partus naturalis ex parte temporis ex parte figure exitus fetus et exeundi modo. Ex parte vero temporis ut tempus eius cum sit tempus completionis ipsius sit conveniens tempori creationis et motus ut supra dictum est. Et si accidat in nocte melius est quia natura est fortior et dispositio membrorum ad dilatationem est aptior. Et provenit tempus naturale partus duplex est primum contingens et est mensium novem completorum vel diuturnius in septimana vel media sit in muliere quadam vidimus ex parte huius illud raro accidat et aliud raro contingens est et est vii mensium completorum. In octavo vero mense rarius est et cum est minus salvatur natus. In decimo vero mense rarissime

Ca[pitulum] 3[m] de p[ar]tu n[atur]ali

licet plurimum salvetur respectu illius quod est quia natus in octavo aut non est completus quare moritur Aut si est completus quia creatus in xxxv. die fuit et tunc cum peteret exitum in vij^o mense et laboravit quando exivit remansit debilitatus cum quo exalt in viij^o mense exit debilitatus quare moritur nisi in locis meridionalibus in quibus sunt mulieres viragines secundum aristotelem et avicennam in partibus suis hyspanie et si pertransierat vij. et tardat exitum usque ad nonum quando quievit in 8^uo mense et resumpsit vires egreditur confortatus vivet Similiter si natus in decimo mense completus fuit in nono sed tunc tempus exitum et non potuit si exit in decimo accidit sicut nato in 8^uo quod si complementum habuit accidit ei sicut nato in .x. cum complementum exitus in vij. mense licet partum accidat ut tamen tardet et virtus debilitate fit Ex parte autem figure partus est naturalis ut egrediatur fetus super caput suum secundum rectitudinem oris matricis absque inclinatione manibus eius extensis per coxas et quod est preter illum est non naturalis ut quis sic infra dicetur Ex parte vero motus ut sit velox facilis quia absque accidentibus fortibus est ut dictum est

Signa naturalis partus sunt ut cum pervenerit pregnans ad mensem ultimum secundum suam coniecturam et senserit gravedinem sub umbilico et dolorem in dorso et inguine et caliditatem in ventre et inflamationem more matricis magnam et fluctuationem eius tunc iam apparent signa propinqua Cumque mollificatur eius cauda et inflantur inguina eius et impletio eorum fit fortior tunc partus est futurus et precipue si aquam emittat Et signa facilis plus sunt ut sentiat dolorem ante partum in anterioribus et declinet ad pectinem cum vero ad posteriora declinat est debilis Et regimen eius est ut dimittat non obstetrix et nichil agat sed confortet parientem panis donet et provocat . Comedat carnes cibis facilis digestionis et multi nutrimenti multe qualitatis & pauce quantitatis et vinum odoriferum potet Et studeat in mundificatione eius perfecta que in masculo protenditur usque ad 30. in femina vero usque ad xl. dies Imperfecta enim mundificatio est causa omnis male dispositionis que ei accidere possit que est multiplex Et quia in difficili partu plura latius consuevit dicere

differentiis de ea usque ad capitulum illud ubi de omni prava earum dispositione intendimus late vel levius dicere deo dante

Capitulum 7^m de mala complexione matricis et medicinis eius

Mala complexio matricis est simplex et composita Et utraque aut est pura aut impura Et cum hec quidem sit est secundum vicinitatem aut propria Et propria cum eius pura est per aliqua causam in qua est noto Et causa per contrarium est ad operandum res calidos vel frigidos et humores totius corporis Causa vero impure et est ut dictum etiam aut est propria humor ibi coadunatus vel collectus et a superioribus missus et a toto corpore vel diversis membris

Signa male complexionis matricis quedam sunt communia omni male complexioni eius et sunt defectio actionis proprie scilicet conceptio proprie et sterilitas Inquit enim ypocras Que cumque frigidas et densas habent matrices et etiam calidas ardentes et ardentes vel siccas vel humidas valde non concipiunt Cuiusda vero propria sunt calide ut sunt inflamatio precepta in partibus vulve et membris adiacentibus et contatibus illi pruritus et punctio et desiderium coitus forte velud papissimus et fortis attractio spermatis et ulcera matricis multitudo pilorum pectinis et dispositio menstruorum quia paucitas eorum quando ipsa consumpsit adustio et calorem ipsorum quando in panno de nocte supposito post eguosti et precipue cum exiccatur permittatur in membranum calor atque vehemens nigredinis et rubedinis et citrinus et dolor eorum gravius et acutus et anticipatio temporis et tinctura aque citritas oris et velocitas pulsus et respirationis calidum precedens Sed frigide signa sunt predictis contraria et conceptio difficilis Et signa humide sunt tenuitas menstruorum et cursus humiditatis et aborsus facilis et sicce sunt illis contraria et difficultas partus

Cura male complexionis matricis ex dictis in cura male complexionis renum & vesice et testium est manifesta et est tres res prima abstinendo causam si assit 2^a alteret distemperantiam 3^a corrigat accidentia ut debilitatem et dolorem eius

ca^m 7^m de mala complexione matricis & medicinis eius

ut infra dicetur. Confectio pessarii secundum iacobum ad idem faciendum matricem et adiuvat impregnandis. Recipe castorei stercoris gallinarum cuscute opopanacis carpobalsami granorum cubebarum bdellii costi sparte ana partes equales resolvantur cum vino et fiant pessaria noctibus pluribus. Et suffumigetur impotum omni die de diamarte deinde suffumigetur cum eis eis ut apparet supra.

Capitulum 6m de opilatione matricis et medicina eius

sunt iuncture anche et sic genua
Deinde spatule quia propter medicamine
resolutiuum simplex sine actione aliqua
ut est camomilla propter proprie insitam stipticitate
quam per hoc videtur celestem virtutem
per se parum posse videtur nisi virtute
habeat resolutiuis fortem et acuta de pro
fundo earum de quia materia apta est
conuerti in lapidem propter predicta lenitiua
ipsis debent premitti uel eis associari

sunt enim hec duplices doces omnibus
inebus et iuncturis s. cum proprietate ac de(n)tra
in fortitudine et debilitate diuisimo
de membrorum temporum atque finem ut qua
in subtili materia leniores approximando
sunt et in principio ac iuncturis posito
in apparatu In eorum vero contrariis
amplificande sunt fortes et cum leni
tiuis mixte ne resoluendo subtile
grossum induratum dimittant Quarum
quedam sunt simplices et quedam com
posite quas infra subiungemus Et sim
plices iuncturis apte resolutiue membrorum
apparentium communiter quedam resoluunt lique
faciendo ipsas coagulatas ut corona
meliloti anisum aloes mastix et cetera
subtile debilium et sunt ex debilibus
sal grossum congelatum et salgema
sal armoniacum pissum ireos stica
dos et similia et sunt fortes Que
dam vero apparentium resoluunt earum
grossitiem subtiliando et trahendo
ex profundo apparentium ad exteriora aut
ut cerote mel cipum lentiscus abro
thanum apium siluestre calamentum
aristologia ruta cum melle et sunt ex de
bilibus vrtica nasturcium gummi rute sil
uestris et alie gummarum species ut armo
niacum galbanum euforbium rosina t
bentina et alie ex eis et sunt ex for
tibus et apparentium quedam resoluunt
attrahendo et vesicando ut sepe allium
lac ficuum mel anacardi sapo et cor
tex mirti attinetum et terinctum et
quedam adurendo et vlcerando et
staphisagria calcator attramentum
squilla vermis pini Et forciora
ex eis sunt tapsia et cantarides Oportet
tamen ut vlcera fuerint apta cum
sepe curato ut tracta materia per ea
valeat exiccari Et quedam earum
resoluunt penetrando in profundum
earum ut aqua vite et est experta et
oleum aplorum et terbentine et queda
earum resoluunt mollificando et humecto
ut adeps anatis et anseris vulpis leo
nis vrsi et auium rapacium et me
dulle eorum vituli cerui et asini ysopi
humida et musilago seminis lini fenu
greci et altee Et olea ex appropriatis
in oleum de lilio de pinei vulpinum
ad colloquintida factum ex decoctione
eius cum oleo rosarum donec consumatur
aqua de castoreo de sinapi de herna
de muce cona quassatur et oleo
de castoro est vltimum et proprie cum storace
et de costo est vltimum et proprie cum sto(r)a-
cum asa de centaurea de mastice de
cerusa de granis etc. et cuiusque florum
et eorum coagulatio est cum cera que
resoluunt faciendo ea ponderare in

membro In quibus tamen ordo servandus est
ut precedente evacuatione a simplici
bus incipiamus et a levioribus. de
inde ad fortiora composita attenden
dum tamen quod si ex eis applicatis secun
dum ordinem tumor et dolor non resolvuntur
sed potius augeatur oportet ut eis dimissis
ad evacuationem mitigativam reddamus
est enim signum repletionis materie que contenta
est et non resolvuntur unde oportet reiterare
deinde fluxam resolvere vel super
longum uncture contegere superius dicta aliqui
applicare quod talem materiam trahit
prohibetur ubi locus evacuationis
non assit Composite vero sunt que
ex hiis componuntur et aliis quarum
quasdam in antidotario nostro posui
mus et alias secundum alios hic subscribemus
quarumquedam sunt balnea seu eva
porationes seu fomentationes quedam
embroce quedam unctiones et quedam
emplastra quas nunc per ordinem describemus
= Balneorum quedam ut sunt natura
lia termarum. quedam artificialia et
termarum quedam sunt ex aquis salsis sul
phureis et sulphuratis et quedam enim
sunt ex aquis vallis ferrarie ut bal
neum ferrarie et aque sancte lucie
neopol' Et plura sunt ex fumis ut
est sudatorium Artificialia sunt plura
quedam sunt ex aqua marina solum ubi
invenitur vel aqua sali admixta
ubi mare non assit Aliqua sunt ex
dulci aqua simplici in materia calida vel
non simplici in qua predicte sunt aliqua
ex medicinis uncture appetitate et materiam
resolventibus ut est stirados salvia
camomilla et mira pes columbinus veros
persicum abrotanum apium silvestre origa
num urtica folia sambuci radices ebu
li ruta anetum maiorana folia lauri
ciminum et similia et alia ex predicto
rum intentiones suas et aliqui miscent
vinum et aliqui ex vino solo cum sale
et c expertum Et aliqui embrocando appri
mant et aliqui embrocant cum musto
aliqui cum aqua simplici. Aliqui cum decoc
tione caulium aliqui cum aqua lupinorum
vel cum decoctione spine albe in calido
et frigido et aliqui cum decoctione vulp.
omnia vero sunt administranda secundum
proprietates et exigentiam cause et
dispositionis Aliqui cum spongiis
Aliqui cum filtro madefacto in aliis
predictorum et aliqui cum stuppa vel lana
et intinctum cum filtro involvunt et
aliqui recipiunt vapores resultantes
ex aqua prius bene ferventi circumvolu
tis pannis donec sudet membrum. deinde
cum tepefit aqua abluunt et per se fugi

diminuitur Et aliqui lapides mo
lares vel lateres ignitos in aqua
proiciunt et fumum ex eis resolutum
in unctum recipiunt ad resolvendum
et excitandum et propter impotentes
ad exitum et evacuationes repletos
prosunt enim eos et curat et propter
ubi preessit vomitus vel saltem
evenit vel extenuatoria dieta
et abstinentia inferius denotata in capitulo
purificationis Et ex illis est fricatio cum
nitro et sale non solum iuncturarum
sed et corporis universi et sepelire in
arena calida donec sudet vel in bal
neo si caput eius quod sit coopertum a
sole Et aliqui evaporant cum aceto
calido simplici in materia calida et
aliqui addunt sal in utraque omnia
enim hec predicta resolvendo tollunt
dolorem et confortant. unctiones
et emplastra plura ad hanc intentio
nem posuimus in antidotario nostro
convenientes et expertas et hic aliquas
secundum aliquos subiungemus expertos me
dicos et famosos ¶ Unguentum boni
magni iuvamenti Recipe olei antiqui
in quantitate libram. unam et decoquatur
in eo vipera cum scuta et ungatur
sanat enim sanatione integra et
est aboali Aliud resolvens residuum
doloris iuncturarum calidarum in fine Recipe
aloes croci et mirre ana partes equales
liniantur cum aqua caulium atque eiusdem
Et oleum camomille et cerotum ex eo et
dyaquilon dissolutum in oleo ca
momille et maxime post balneum aque
calide dulcis quod infra non competit
cum dilatet et humectet Aliud ad
idem Recipe vespertilionum decollatorum
numero xii. succi alimatmator olei
antiqui ana libra. s. Aristologie ʒ. iii. de
coquantur omnia simul donec consumatur
aqua et remaneat oleum est sanum
et est expertum ¶ Unguentum resolvens
materiam iuncturarum frigidam et grossam Recipe
castorei mirre costi pulverizentur et
misceantur cum oleo antiquo = Aliud
Recipe storacis liquide et armoniaci misce
cum oleo yris et super inunge Aliud
Recipe ceram dissolve in oleo antiquo
et oleo yris ana ʒ addere pulveris
euforbii ʒ. ii. ultra accendit enim
statim calorem ¶ Aliud calefaciens
membrum Recipe piperis castorei euforbii
ana ana ʒ. i. piretri ana ii. violarum
et adde ʒ i. olei costini et unge locum
et est verus sed addit quod promolliantur
iuncture et calida in materia calida et
subtili non sunt convenientia cum enim
per se sit resolubilis parum resolutionis

indiget medicinis qualia sunt calida anodina supius nominata et ante applicationem medicinarum percalefiat membrum cum calida donec rubefiat deinde applicentur cum iteratione. Unguentum mollificans et resolvens sit. Recipe cere ℥ v. olei yris ℥ i. medulle cruris vituli armoniaci storacis bdellii galbani ana ℥ 10. lique fiat cera cum oleo yris et alie medicine pulverizate conficiantur cum eis. Exemplis ad resolutionem materie iuncturarum quedam sunt lenia quedam mediocria que fortia. Ex lenibus est emplastrum ex stercore vacino calido sic emittitur vel calefacto et est melius aliis pullinibus vel de stercore columbarum vel caprarum cum oleo camomillino. Emplastrum quod camillata dicitur et fit ex furfure grosso cocto in aceto cum modico cere vel mixta cum aquarosata in calida causa et cum vino in frigida. Aliud resolutivum. Recipe armoniaci lilii ana equalium partium teratur cum vino antiquo et oleo centauriino et farina fabarum et empletur calida. Aliud ex cinere ciclaminis cum aceto et melle et est mirabile valde. Aliud mediocre. Recipe ciceris rubei in quantitate qua vis fenugreci decocti in primo florum camomille ana ℥ i armoniaci dissoluti in succo rute ℥ i conficiantur cum melle et emplastrentur. Aliud. Recipe furfuris p. ii florum camomille pugillum unum pulveriza et confice cum oleo laurino et emplastra. Aliud. Recipe armoniaci ℥ ii dissolvatur cum fece vini quod sufficit et empletur. Aliud forte. Recipe olei antiqui lib. i et s. nitri alexandrini mirtillis albotin ana lib. i euforbii ℥ i pices ℥ ii farine fenugreci lib. i et s. et fiat ex eis emplastrum. Aliud. Recipe bdellii oppopanaci lique fiant in adipe anseris vel anatis et emplastrentur. Est iuvativum valde doloribus factis ex humore crudo. Aliud fugitivum resolutivum. Recipe nitri dragmam i fiat ex eo emplastrum. Iterum sumatur euforbium et misceatur cum oleo de lilio et liniatur cum eo et est ex mediocribus. Aliud forte. Recipe baucar gallie piretri staphisagrie et calcis ana et misceantur omnia cum melle et aceto et emplastrentur et est fortius. Aliud iam leve. Recipe farine fenugreci cum aquamell et calefacte cum pinguedine et stercore caprarum cum oximelle ciceres cum

lini cum armoniaco et armoniacum cum oleo antiquo et aceto. Aliud. Recipe farine lupinorum stercoris columbini fenugreci ana partes equales confice cum oximelle et sapone. Aliud. Recipe radicum yris aristologie albi albi conficiantur cum oleo. Aliud forte per commune. Recipe aristologie piretri radicum capparis lupinorum pices stercoris columbarum calcis ana partes equales de ficubus siccis quantum de omnibus confice et contere cum oleo antiquo. Aliud emplastrum mollificativum et resolvens. Recipe armoniaci bdellii storacis liquide ana ℥ 10 olei yris quantum sufficit ad mollificandum et conficiantur cum ficubus nigris. Sequitur aliud capitulum.

Capitulum de cura egritudinis iuncturarum per cauterium

In cauterizatione utilitata in dolore iuncturarum plura sunt attendenda causa invitans scilicet instrumentum seu cauterium tempus hora locus modus cauterizandi et ordo. Primo siquidem consideranda est causa que nos invitat et invitet ad ministrandum. Et est duplex scilicet necessitas et utilitas que sunt apparentes loco dispositionum sumuntur causa necessitatis nos invitans ad cauterium quia predicta medicamina non sufficiant curare ad ipsum tamen ad remedium cirurgicum et ultimum est recurrendum cum sit causa utilitatis et iuvamenti ut infra dicetur non sufficiunt quidem predicta ex eo quod membra corporis iunctura adeo sunt ex diuturna passione defecta et habituata dispositione quod materiam regenerando assidue multiplicant et fluunt ex se in bono privato regimine et multomagis cum ex pregnato fastidio nequeant ipsum servare debite ut supius dictum est iuncture sunt debilitate et sub dominio ipsorum posite in recipiendo vie quoque sic debilitate et laxe et continue ad ipsas refundunt materiam quo non cesset hominibus doloribus molestare ut valeat per predicta educi que fluit a multis causis generata vel propter inobedientiam et lasciviam vel propter impotentiam capiendi nec que fluxit bono modo resolvi propter congelationis grossiciei et viscositatis ineptitudinem et soliditudinem partium iuncturarum maxime si sunt iuncture posite in profundo sicut sunt iuncture scie anche genu

atque spatule ut superius habitum est quia
timetur ne multiplicata ulterius sua
lubrica humiditate iuncturam anche et sue
ad dissolutionem perducat vel congela
ta et indurata ad contractionem et
nodositatem ipsarum et alias et membro
impotentiam inopibus aliis necessariis
exercendum sicque indigeat patiens
alio ad dilationem corporis ad bol
[illegible] ad cum absterssionem in se
cessibus de quo Galienus dixit cum
cumque non meliis fiunt nec deberet
utique magis eligere scientes mori
quam tales sustinere vitam admnistranda
itaque est cautizatio necessaria / Ca
utilitates quam ea sequitur patiens est
multiplex introducit enim iuua
menta et preservat a sinthomatibus
et periculis preparatis iuuamenta
inducit nam sua calore membra con
fortantur et confortatiue in eis calor
materiam fluxam subtiliat poros
aperit et propter resolutionem atque consumit
si frigida sit et humida cum sit contraria
non calidam sibi similem cum enim an
grat subtilet et fortem faciat prout i
nuit Galienus nisi sit pauca preseruat
etiam a sinthomatibus et apparitionem
preparat cum vias et ductus refrin
gentes ad iuncturas ronfirciet et materiam
fluentem atque fluxam liquefaciat
et extrahat de profundo ad cutis ex
teriora quatenus per apertionem eorundem
commode que fluxa est et que fluit
autemque ad iuncturas perueniat ex
corpore valeat expurgari Tempus
electum etatis ut post ix annos et tempus
anni temperatum veris precipue et autumpni
in hora instandi et cum corpus pre
euacuatum vel purgatum extitit sto
machus est ieiunus aer temperatus
de mane si infra etiam Instrumentum vero
quod est cauterium duplex est actuale
et potentiale Actuale est quod per ignem
fit seu instrumentum ferreum vel aureum igni
tum potentiale vero quod fit per me
dicinas comburentes et vlcerantes
et cauterizandas allium et alias superius
enumeratas Eorum autem est melius ac
tuale sicut testatur Albucasis dicens
quod ignis est simplex cuius operatio
non peruenit nisi ad membrum quod cau
terizatur nec nocet aliis membris et
forte fiat accidit in membro egritu
dinem difficilis sanationis et fortasse
interficit sed ignis non facit illud propter
subtilitatem et bonitatem sue nature
nisi superfluat locus ut in dolore hu
meri et spatularum apponatur cautere
cauterium tribus digitis vel quattuor sub hu
mero inferius a iunctura non in ipsa
est enim causa si in ipsa iunctura ponatur
contractionis et spasmi et si acci
dat et dislocetur humerus propter hu
miditatem lubricantem ut contingat in
sua et non sigillatur in hora redu
ctionis sue sed iterum resiliat foras
foris apponatur cauterium subtilitati
co cum instro triangulato donec
penetret cutem usque ad latus aliud
Et si apponatur in foramine laqueus
erit bonum prius tamen dislocatio
ad suum reducatur locum et prout po
terit melius consuetur In dolore
vero dorsi et membrorum fiat cauterium
digitis tribus sub ipsis in fontinella
In dolore vero iuncture inguinis
et brachii fiat cauterium tribus di
gitis a nodo In passione sciatica et
dolore ponatur cauterium triangulatum
super sciaticam Et tamen accidit ut dislo
cetur ex humiditate lubricum facientem
tunc reducat ad locum suum et bono
modo reficietur ibidem Deinde
cauteriza super pixidem anche cum
cauterio per circularem postquam sig
nasti cum incausto in circuitu pixi
dis et sic renouatur ut cadat ipsa
pixis in medio circularis Alius modus
est et est iam accipiatur instrumentum
ad modum cochlearis factum de ferro
et sit capacitas eius sicut medietas
pollicis et sint in circuitu eius due
eminentie ad modum vel formam ossium
dactilorum ut ignias et iaceat eger
supinus super sanum et super pixidem
anche signa circulum et suppone In ar
tetica vero et dolore subteriorum
membrorum apponatur cauterium super
nodum in pede apti exteriori et
aliud similiter in fontinella tribus
digitis sub genu Studeas quoque
locum particularem eligere ubi cau
terium ut est fontinella illarum pro
prietatem inter duos lacertos et cordas
inuenta per quam vene et ductus
sunt naturaliter discurrentes Sed quod illud
ibidem imprimas ut apta cutis vbi te
cauteri rarefiat et aperiant ut
materia earum fluere consueta expurget
non autem totaliter inundatur ne nutri
mentum subiectis periculis auferatur n
et lacertum neruum vel cordam atti
gat ne spasmus sequatur Modus e
ut iaceat infirmus secundum figuram
magis aptam appositioni ignis et
prohibeatur ei motus et consilietur
eius circuitus doloris Et impleatur
medium eius sale et ponatur desuper
parum olei et ponatur desuper pannus

et ignia(n)tur cauterium aureum vel ferreum
ustorio et int(er) locum et ip(su)m instrum(en)tum
perforatum mittitur quod ad profunditatem
cauterii regulet sic ut autem tota
perforet tuscatur (?) usque ad carnem
et ad venas perveniat vel cartilaginem sup(er)
ficiem et non ult(ra). Deinde repleatur
impressio adipe et superposita lana ligetur
sicque sup(er) caput infirmi vas aqua
rosacea plenum qua irroretur frontes
cum sudet et aveneretur. Ordo quoque
est ut precedat debilis impressio cau
terii. Deinde sequatur fortis et suffi
ciens et si precedat debilis impressio cau
terii deinde sequatur fortis et suffi
ciens et si precedat stupefactio membri
quia nunquam sentiat est laudabile quod
qualiter fiat infra dicetur sectione
3a. Impressio quoque cauterii aperire
debetur quatenus materia indefluat que
ad juncturas fluere consuevit vel
que fluxa est tarda expurget sicut
clamatur cum vena solita perfusio
ibi generata a cicatrice tollitur obstruatur
et materia regeneretur non refluat re
gimine debito et evacuatione non fiat
ut oportet per intervalla multiplicata non
valens tunc ad juncturas ut consue
vit regurgitabit ad interiora princi
palia et ad mortem perducit et erit
error novissimus peior priore nisi per
intervalla modici temporis quoquomodo
expurgetur. Ex hiis autem que apti
ficant impressionem est cerea sphera
intus imposita et folium ed(e)re suppositum
vel cepe tritum cum melle etc.

Ca(pitulu)m de dolore colli

Dolor colli est dolor juncturarum
eius et lacertorum et cordarum
circumstantium. Et a causa
eius est similis cause doloris
dorsi et est a cerebro plus. Et signa
eius sunt manifesta quod est quia
non potest patiens volvere caput suum
ymo stat ac si paratur tetanum et
apud motum eius sentit dolorem forte.
Et cura eius est consimilis cure dorsi et
ex unguentibus et appareat est emplastrum
ex foliis sucari (?) vel cipssi vel unguento de
oleo camomillo et de amigdalis dul
cibus et involuto cum panno calido
suffumigato ligno aloes et thure

Ca(pitulu)m de cura doloris humeri

Dolor humeri est dolor junc
ture quia adjutorium cum fur
cula et spatula alligatur et
quoque est fixus in ea quoque ad spatulas
extenditur propter infinitum situm et motum
et quoque usque ad manus et digitorum
extremitatem velut in sciatica sic et
causa eius est consimilis cause doloris scia
tice juncturarum propria et ex contrario plurimum
ad cerebrum superius situatum et ad
nutritiva propellentia sursum maxime
si sit ventosa. Et signa causarum sunt etiam
generaliter consimilia signis aliorum. Cura
quoque consimilis deinde tamen in membro na
que est posito sup(er) vite principalis et vici
nitas ad ipsum qua propter est necessarium ut
apochistica committantur simo cum magis
aptum descendere ad illum propter gravitatem
facile impellant propter situm et vicinita
tem et oportet ut extrahatur ad extra quo
quomodo ut est superius dictum et cum cu
ratis dolor sedetur quorum quedam sunt
simplicia et quedam composita. Et ex
simplicibus est in frigido oleum masti
cinum et castorium et aqua cedrus in
uncta est efficax et experta. In calida
vero oleum camomille sit mixta et alia
cum omnibus superius nominata

Ca(pitulu)m de cura doloris dorsi

Dolor dorsi est sensus rei no
cive imprimentis malicia co
plexionis vel solucionis continui
vel utraque in contenentibus
spondilium dorsi et est plurimum congravitatis
et extensivus. Et quoque est in collo tamen
et quoque in dorso et spondilibus eius.
Et est autem a causis intrinsecis aut ex
trinsecis. Si ab intrinsecis aut a propriis
aut a contrario propter sunt mali complexio
quecumque plurimum que frigida pura vel cum
humoris vicio et plurimum frigido fla
tico inclusio in lacertis et cordis inter me
diis spondilibus involuitur dorso aut
replente illos et trahente seu exten
dente ut in dolore juncturarum contingit
sicut in mollificatione et libenter fac...
Unde accidit dislocatio non confirmata
ad alteram quatuor primum quare accidit
gibbositas gravitas curvatio torsio et
asma sicut inquit Galienus sicut vento
sitas inclusa in esse frangens ipsum non
complete nec fractione magna quia
tunc esset mortalis aut apostema
fractus aut acuitate aut est propter
repletionem vene magne extense
sup(er) dorsum aut propter apostema vel ulcus
pulmonis et cane eius vel propter asma
ex quo accidit dislocatio et gibbus ut
dicit Ypo(crates). Sicut propter debilitatem renum
et cor mane aut propter quantitatem materie
cum patitur suffocationem aut cum appropinquat

tempus partus vel porisimus menstruorum
aut appropinquat hora crisis ex materia
declinantis et euacuentur terrere per re-
giones inferiores tunc significatio doloris
dorsi est. Et tactus aut a causa extrinseca
est ut a labore nimio et ex illis est
factus a nimio motu et ab onere gra-
uante et a percussione et casu fran-
gentibus dislocationem et separationem
vel fracturam vel apostema
Si ergo sit a causa quam manifeste inuenit
dolorem in eo. Et si sit a mala complexione
pura qualitas actualis calida vel frigida
indicat et sensus infirmi sine graue-
dine sentiens illum et iuuatur a con-
trario et leditur a simili et eius incep-
tio est paulatim et si est humida non exsic-
catur olei quo inungitur si sicca ex-
siccabitur illud et precessit febris fluxus
et vigilie et laboriosus motus nec
causarum antecedentium signa erunt
Si vero cum humore fuerit signa
causarum antecedentium scilicet repletio-
nis vel cacochimie ostendunt et
regimen precedens exercitia vel circum-
stantie similes iuuet non et grauitas
loci quoque paulatim incipiens vel extensio
si fuerit ventosus vel dislocatio iunc-
turarum fiens vel sequens Si vero
ab apostemate est dolor continuus maior
et febris quoque et maxima anhelitus
et pulsus frequens et velox Infra
vero a coitu non nocent nimis
in loco dolorem et hoc si a coitu sit
absoluta Et si sit a repletione vene
magne significat repletio corporis et
venarum et extensio doloris in toto cor-
pore cum caliditate et inflamatione
et pulsatione in loco factum aut a coi-
tu aliorum membrorum antecedit et similiter
factum a labore vel omnis pressio illorum
indicat Et factum a causa casus et
percussionis et gibbositatis pressio eorum
per infirmum indicata tibi manifestat
et sensus visus et tactus tibi frac-
turam et separationem et dislocationem
ab illis introductam indicat et demon-
strat. ¶ Cura doloris dorsi ex
summa doloris cure intuitam excepis cum sit
species eius. eius est due res scilicet
cause imponentis abscisio et doloris
sedatio. Siquidem fortis sit intollerabilis
quod est raro. Nam si prius existat
sola et abscisio cause auferendo eius
eam simul et dolorem auferemus
et non econuerso. Semper in cura ergo
doloris prius instamus cum sedantibus
et postea ad causam intendimus cum
abscindentibus quoque utrumque simul agimus
prout supra in cura de sode est dictum

Sedantia doloris vehementia sunt
triplicia a complexione et a proprietate. A com-
plexione sunt duplicia scilicet calida temperate
et anodina frigida narcotica sicut
supra in cura arthetice dictum est. Prima
sunt in mitigatione huius doloris con-
uenientia. Secunda sunt vitanda et max-
ime si sint fortia stiptica et extrinsecus
applicata magis cum nimia sic neruis
et ossibus materiam repellant ad interiora
et principalia. Tertia non sunt concedenda
cum plurimum causam imponentem non
auferant sed detineant et materiam mor-
tificando dolorem sedent vel mitigent
unde mendosa dicuntur et ideo non com-
petunt nisi in casu ut cum prima non
sufficiunt et doloris potentia ad in-
tollerabilitatem ac resolutionem perducit
licet illud sit raro sed opportet quod
misceantur cum non supius dicto. Que
a proprietate sunt sedantia supra diximus
simplicia et composita. Abscindentia
causam sunt vero si dolor sit a mala
complexione contraria alterabunt et quia
ut plurimum frigida ambulatio et exercitium
curat et regimen calidum in aliis rebus
non naturalibus et precipue in cibis et potibus
Cibentur ergo aqua cicerum nigrorum et
sparagis cum aceto et vitello ouorum
et carnibus columborum et iure gallinarum
et potetur vino vinoso subtili parum
limphato. Et exterius calefactoria
apponantur ex fricationibus cum ma-
nibus calefactis et sacellationibus
ex camomilla pulegio origano cala-
mento sale et siseleos et cum eis
Et ex oleis scilicet rutaceo costino lau-
rino nardino vel de lilio quod est
mirabile vel de aneto de storace et
precipue si sit ex coitu doloris Et ex ceroto
ex predictis oleis et sicut predictarum her-
barum et cera factis cum compressione iuncturarum
et balneis calidis et emplastris ex predictis
armoniaco et opoponaco sagapino
et bdellio. Et si fuerit cum humore si
quidem fuerit sanguis replens venam
illam super dorsum extensam flobotomandus
vel saphena est quemadmodum vel sciati-
ca vel que sub police est vel de emo-
roydibus et subsequenter vnctio cum
aliquo lenificato vel oleo rosaceo et bal-
neo frigido potentia et non actu et potest
aque demonstrat continuatorum et similium.
Si vero alius humor siquidem colericus
yera Galieni confortata cum dyagredio
bene repressio precedente digestione cum oxi-
zacara. Si vero flegmaticus yere magne
ut est yera colloquintide yeralogodion
et pillule fetide et de sagapino et de tap-
sia precedente digestione cum syrupo acetoso

composite vel squillitico et gelemabin
vel oximelle simplici Si vero melius
quod est raro pille de lapide lazuli se
quenientes precedente digestione cum
sirupo ex aceto de buglossa et bora
gine Chistera theriaca quoque ex
asaro centaurea polipodio agarico
colloquintida et yeris et dezmario et
evacuatio cum vomitu deinde calefac
toria predicta et balnea termarum ex
fumis aquis salsis et sulphureis et tri
poron ex tyriaca diatesseron et
diaton pipereon et cum unctionibus
de eufrobio et de terebentina et oleo
aplorum et cum emplastro de granis lauri
Et si quidem sit ex vento predicta predicta
detur oleum de lzerina et ventosa ap
plicetur loco et sacculi ex milio et
sale vel sulphure et fiat unctio ex
oleo nardino et rutaceo rubificantia
quoque applicabis aut enim resolvunt ipsam
aut ad cutim dorsi trahunt ipsam Et
si quidem sit humor lubricans et molli
ficans faciens dissolucionem post pur
gacionem et evacuacionem applicentur
epithimata et emplastra exiccantia sicut
est spongia recens infusa in aqua
alumis cum sale bauzac sale ind' cine
spinna mast' mirra sandraco sul
phure dissolute in ea vel in lixivio
vel aqua marina sicca vel vino Et
emplastra facta ex eis cum calamento bac
lauri cipo et storace sicca Et si quidem
ma ex aliquo membro refundatur
illam ex illo evacuare et derivare
et confortare et ex eis eius vias
aperire et expurgare opportet membro
et dorsum confortare ne recipiat
ut superius dictum et hec sufficienter
sicca [C]onde Galienus ex facto et
maxime sicca prohibet dolores qui p
periodes quibusdam membri generat
quam in medio tempore assumpta et
ante duas horas parox' confortantur
enim per ea membra et ipsa suscipiant
ea que assuete influunt contra et
hoc necesse est per etatem Si vero sit ex
apostemate in lateris cura est apostemate
ut superius huiusmodi Et si est ex premi
quitate frigida mestruorum ptisis vel
teisis cum temperate et anodinis
sedantibus dolorem et mundantibus mo
tum [illegible] absque eo quod inducant ebuli
cione in ea et motum fortem que est
nota Et si quidem factus fuit a nimio
motu et omne rei gravantis et pressionem
inducentibus dissolucionem ac pressionem
et fracturam cura eius est tres res
prima est cessacio a motu omnis dilatan
di ac pressionem et inunctio quiete

[D]iungit enim ypo. motum morion corporis
cum cepit quis dolore statim requirere
remedium • 2a est nutrio cum cibis et po
tibus boni nutrimenti Et simul si fiat
a coytu 3a est cura dislocacionis et frac
ture quod dicemus si deus annuerit qui est
benedictus Et ex convenientibus appetitate
in sedando dorsi dolorem sunt simplicia
et composita Et ex simplicibus est oleum
maragili i. nuc' indice confert enim
dolori dorsi sanguineis et [illegible]
et calido Oleander dolori dorsi valet
et geniculi antiqui more emplastri sup
positum Et decoctio sparagi bibitur post
dolorem dorsi Citer confert dolori dor
si Maiorana pomorum metrorum et limi
eu et igma magalep. est bonus do
loribus dorsi Cipiuz confert et stringit
dorsum et nervos Bisebros confert
Roha i. avellanana indica dissumpit
ventositates in dorso Et ex simplicibus fit
[illegible] adde dolorem dorsi composita
inde sequentur Recepta pillularum de tapsia
descripcion democriti conferencium ad
palisim dolorem dorsi genuum et ancha
rum incturarum et podagrie Recipe aloes
turbith hermodactilorum an. ʒ. x. tap
sie acori salis naptici pulpe colloqui
tide agarici granorum hermel bdellii sa
pini ana ʒ. ii. ℥ marco pipis et mastic
sinap an. costi enulti an ʒ. i. nira
borum nigrorum epithimi amborum an. ʒ.
v. Conficiantur cum aqua caulium et
alkekengi dosis est ʒ. ii. vel iii cum aqua
calida Confectio pillularum deinde est
specialis generis vel catapucia conferencium
ad torturam calidam dolores dorsi et
et genuum et omnem dolorem cuius causa
est fla grossum viscosum ventositas
grossa Recipe cinamomi excorticati a cortice
suo superiori de quo curatur lignum repe
rit duo scrupula et granorum addendo
succi ligni agarici albi alkengi et
herbe eupatorii absinthii aloes an
partes equales tere et confice cum aqua
et informentur pille pure et ille qui eas
de eis facit pillas inungat manus
suas oleo balsami et odorifero dosis
earum est a ʒ. i. usque ad ii. et sit sup
cas cibus zarabegi et simul alkem
di Pille de opoponaco [illegible] semem
conferentes ad dolorem genuum
et palisim et torturam Recipe ℥ marco
pipis capsie inde mirabolorum citri emblici
et belli [illegible] turbith [illegible] coci
castorei an ʒ. iii. opopanaci hermo
dactilorum sapini bdellii armoniaci pul
pe colloquintide an ʒ. io. aloes ʒ. xx.
infundantur gummata in aqua caulium et
conficiantur cum eis medicine et infor

ment pille dos ʒ ij pille de eufo
bio conferentes ad paralisim et mol
lificationem et humores crudos descen
dentes ad nervos et membra fragal
i pulpe colloquintide euforbii sagapini
oppi ana ʒ v aloes ʒ ij confitiantur
cum succo salvie dos ʒ j et s. Filij
zachariae electe quod est conveniens ad
dolorem dorsi et colicam et solvit
humores grossos ex intestinis inferio
ribus et confert sciatice et dolori an
charum Recipe se. lini fenugreci centaure
maioris et minoris ana p. j medulle car
tami ʒ ij bdellii ʒ j et s. fistici co
muni et finiculi fol. indi ʒ ij camomille
ʒ j et s. berberis conditi p. j sagapini
opopo. bdellii colloquintide nasturcii
amigdalarum amararum contrita omnium ana ʒ 10
et ex virgis nasturtii v. caulium sicke
cute ana ʒ j coquantur cum vj lib. aq.
donec remaneat due et colentur et
dentur ex ea pugilli duo Et in
descriptione alia due tercie lib. ij bene
zachari rubei duarum j olei sisamini et
olei olive ana ʒ ij olei de been ʒ j
olei de spica ʒ s misceantur et clistri
zentur ex ea tepida et quinque fit sine gemitus
Item aliud Recipe armoniaci sagapini opo
ponacis sarcocolle ana ʒ s. funduntur
cum urina camelorum tribus diebus et clis
terizentur cum canquatite ʒ iiij et omnibus
quinque diebus Abatis confectio nominati
imperialis conferens ad difficultatem urine
et dolorem dorsi et debilitatem renum

Capitulum xj de dolore anche et sciatico et
medicinis eius

Dolorem anche antiqui quinque
sciaticum appellaverunt quod est
quia conveniunt in essentia
libus licet in accidentalibus
differant eorundem Conveniunt
quidem in essentialibus scilicet membro
seu loco principali patiente quia junctura
anche esse demonstratur cum sint ex summa
juncturarum dolorum Ambo enim in ea
incipiendo conveniunt Et in causis incip
mentibus que verbis sunt eedem
et sunt intrinsice et extrinsece Et intrinsece
sunt ipse et ex coitate ipse ut plurimum
materiales et humorales alterantes na
ture ipsius partes et excedentes reple
do et hee ut plurimum sunt flatice et
ventose deinde sanguinee deinde
melice deinde colice Et quinque materie
Et ex coitate vero sunt ut plurimum
materies Et ex propinquitatione nature pas
sionum eius ad ancham cum appodiatur
et quinque propter vicinitatem Inquit ypo

Si matrix in vertebro posita fuerit
saniem Et extrinsice sunt ut plurimum
casus et percussio et debilitas sequens
sessionem super rem duram et assidui
tatem equitandi insuetam saltum
et ambulationem fortem In accidentibus
vero earum differunt licet enim in membro
seu junctura anche conveniant principa
liter differunt tamen quantum ad circumspectionem
seu firmitatem eius in ea et exten
sionem Si enim ipse dolor fixus ma
neat in junctura circumspectus diu
dolor anche cum vero extenditur
per lacertum et nervum latum retro
per coxam inferius sciaticus ipse nuncupatur
astica que ab coxe est appellatum
sit quinque licet in causis conveniant
quantum ad eorum speciem differunt tamen quantum
ad quantitatem spacium cum enim causa
est stabilis et firma in loco minoris
quantitatis esse dignoscitur quantum
extenditur per nervum idem est pstan
do juvamentum in toto non enim nisi
sua multitudine amplectitur tamen et
tam ad remotas extendit partes
primus non dimisit quinque enim ut dictum
est ad coxam extendit per nervum la
tum sicut dixit abhoali vel venam re
nientem ad utrumque pedem exper
interiorum duarum partium vene orientes
a gibbo epatis sicut dixit rasis credo
enim quod nisi sit in vena illa que re
pletur et tussiendit ab ea illum
nervum et impedit motum et quinque
punctatur de junctura et est in nervo
lato et quinque usque ad genu et im
pedit inclinationem et erectionem
et quinque usque ad crus et pedem
et stationem impedit Et quinque
finaliter usque ad digitos et impedit
firmitatem et quinque sua multitudine
fla. mucillaginosum lubricando et
mollificando ligamenta perducit ut
vertebrum de pixide anche resiliat
forte et remigrediatur et accidit dis
latio et claudicant et non nisi usti
one sanantur Unde ypo. in amfo
rismis Quibuscumque a sciatica molestatur
vertebrum resilit foras et iterum reme
titur in locum suum hiis tabescit crus
et claudicant si non urantur Conve
nit quoque fortitudinem curationis
fortioris tamen et difficilioris cure scilicet
quas dolores aliarum juncturarum propter loci
profunditatem licet dolor humeri et
spatule sunt periculosiores propter propin
quitatem ad principalia licet quoque
curentur et difficilius cum vero in
rati sunt et claudicant eorum me
rederunt facile qualibet ex causa silicet

podagra propter situm membri et longin-
quitatem. Doloris vero superiorum
iuncturarum et etiam manus tardius propter
situm et propinquitatem ad principalia.
Signa autem causarum ex quibus
signis sunt in penultimo capitulo non
licet difficilioris investigationis sit
propter materie profunditatem et distantiam
a sensu meliorem. Et ipsarum cognitio potest
arbitrari ex specie et quantitate doloris cir-
cumstantiis iuvantibus et nocentibus
et exeuntibus licet ex aliis nunquam quod
dolor aliarum iuncturarum que artetica di-
ab ea dicuntur [illegible] membri.
Cure medicatio et remedia localia
apocrustica s. et diaforetica sunt
approximanda temporibus variatur propter situm
cum materia in ipsa sit posita in profundo et
ad locum profundum curat et primo ex-
halentibus et resolventibus egeat
fortibus apocrustica externus appli-
canda et etiam internus cum clisteri
ipsam recludent ibidem et maxime
si sunt fortia et stiptica ibique retine-
bunt et multiplicabunt et multipli-
cata nocumentum dissolutionis quod in
pressura est ex se imprimet magis et con-
densabitur quare difficilius et tardius
resolvetur licet rarissime lapidescat
propter amplitudinem concavitatis ipsius
et eius situm profundum qua propter ca-
loris influentiam plus recipit aliis
externis situatis et fortassis ipsam
ad principalia repellent propter propinqui-
tatem cum plurima vix fiunt et fortis
effusionis sicut in dolore humeri et
spatule superius est dictum quare oportet
ut cum materia in principio fluentem ad
ipsam retinere volueris et dolorem in
pressum ab illa sedare approximes illa de-
bilia que defendunt membrum vel locum
materiam fluentem refrenent non repellent
et intrudent ut sunt fortia stiptica
que materiam ibi retinendo multiplicarent
primo sunt debilia si materia fuerit calida
et subtilis vel sit aliqua calida ex eis
mixta que excessum frigiditatis con-
temperent et iuvent in penetrando.
Omnique ex lenientibus sumpta que
mollificando sedent dolorem et materiam
respiciunt adequent vel saltem illa di-
mittat et fiat occupatio in curatione
cum flebotomia vene magne que respicit
ad membrum si quod mittens sit et a
recipiente demet et cum tractior
eius ad contrarium cum ventosis et emplastris
et aliis dolorosis et cum flebotomia vene
sciatice in statu eius ex quo declina-
vit et cessavit a fluxu vel saphene
si dolor sit lemor non extensus in sil-

vestris in domestica parte vel curvatura
poplitis et propterea cum materia est in supremo quod
ex propinquiori educit Galienus [illegible]
[illegible] Et si ex eis que flebotomatur
venis est vena inter minimum et secundum pe-
dis si materia iam in inferioribus existat
flebotomia enim huius vene est magis in-
nativa quam sciatice et saphene in hoc
casu sicut flebotomia salvatelle manus magis
iuvativa comprobatur in egritudinibus epatis
et splenis in hoc casu predicto et in qui-
busdam sanguisuge loco flebotomie applicantur.
In reliquis autem humorem est curatio
ex vomitu primo. Deinde cum clisteri
et farmacia leni deinde cum forti et ex ea
dirativa precedente digestione ut
superius dictum est licet doloris fortitu-
do ad resolutionem perducat licet illud
sit rarius quod si accidat apocrusticis for-
tioribus et narcoticis est utendum me-
lius enim est augmentum materie quam corporis
ad resolutionem perduci. In statu vero
et declinatione oportet ut occupetur circa
materiam iam fluxam cum resolutione.
Sunt autem resolventia et omnia alia
medicamina in ea quam in iuncturis reliquis
fortiora et lentiores subiecte propter situm
et profunditatem virtutem habentia
attractivam attractiva ad exteriora de pro-
fundo et manifesta qualia sunt ven-
tose cum igne vel sucatione vel scarifica-
tione vel rubificantia ut vesica cala-
mentum et similia sinapis gummi rute
silvestris staphisagria piretrum nastur-
cium et gummi pini et picis commixta at-
trahentia enim et resolvunt cum perdura-
tione et resistentia ut sunt terapsia
lac ficus et anacardi quibus misce-
da sunt qualia lenientia precedentia fortis
grossum dimittent lapidum qualis est
adeps et medulle Et si ventosa materia
fuerit cum ventositatem extenuantibus
et resolventibus exhibitis et externis
applicatis qualia sunt que inflacionem
stomachi et circa timpanitem sunt dicta
medicina propria ad sciaticam sive sciaticam
dolorem simplicia et composita inve-
niemus ventosationis modo ad ea
permittens et est ut accipiatur vetos in
ad duorum orificiorum unius autem orificium
secundum magnitudinem anche alterius strictum
cum qua aer sugi possit et stricta clau-
datur bene et in amplo mittatur stupa
ignita sufficientis quantitatis. Deinde ap-
plicetur super ancham. Deinde strictum
os dopilet et sugat bene per spatium
per ipsum est intus et dimittat diu by
horis inde auferatur et abluatur locus.
Deinde resistentia mittent in expe-
diat et medicis simplicibus et compositis

ei et frigide est asarum 2m omnem eius
modum administrationis et proprie infusio
eius quod confert sciatice et dolori cox
antiquis Cuius addende cum aceto sup
positis confert sciatice ¶ Ireos clisteriza
tum et cortex capparis confert ei Bal
samus confert sciatice bibitus et ypion
decoctio cum vino bibita xl diebus con
fert dolori anche et sciatice et sanat
eam decoctio aspergi bibitus cum ad sciaticam
Et nasturcium confert et bibitum et clisteri
zatum et emplastrum cum aceto et farina
ordei Et cum vngitur locus melle et super
aspergitur puluis eius sedat dolorem Sor
dicies capparum lactancium vtilis est sciatice
emplastrata desuper Et attenuetur assume clis
terizatum cum vino confert Et ex ster
core caprarum et vaccarum montanarum
fit emplastrum ad sciaticam Et aqua oli
uarum salitarum clisterizatur ad sciaticam
et aqua piscium salitorum Ex sterco alhaste
farine et vino fit emplastrum ad sciaticam
hermel linitum est bonum Colloquintide
amis vnus confert et fructus arboris
lauri confert sciatice Camepitheos
cum melle bibitum xl diebus sanat
sciaticam omnes partes apium
sed cucurbitis sciatice vnum confert
dolori anche et sciatice Et et proprie al
bum dolori confert doloribus vtriusque an
che et inchidarum Et petroleum et proprie
album pentafilon confert dolori sciatice
origanum confert doloribus vtriusque an
che Scamonea cum farina et aceto
super dolorem anche more emplastri ponatur
ruta confert sciatice bibita et more
emplastri supposita cum melle Et rubea
tinctorum datur in potu cum mellicrato
et confert sciatice Ex calamento fit
quasi emplastrum ad sciaticam Cordumenum
confert dolori anche flatuoso Costus
est bonus sciatice suppositus ut emplastrum
Alberatum decoctio confert sciatice
antique difficili Et emulasulen deco
quitur cum mellicrato et fiet emplastrum
sciatice Et lupino fit emplastrum super
sciaticam Smirnis confert fructus
hirci confert ei Calide vero olerum
ablutum et altea cum adipe anseris
decoctio radicum papaueris campestris
et aqua data in potu confert sciatice
calide Ex solutiuis sagapinum soluit materias
flegmaticas que sunt in iuncturis
anchis bibitum et clisterizatum Eufobium
cum speciebus mixtum confert sciatice
et educit materias ex varietatibus an
che Armoniacum confert dolori sciati
ce bibitum cum melle et aqua ordei
et educit materiam anche Elleborus citrinus
rauzea confert sciatice et educit fla

ex anchis Et similiter lingua et decoctio
cucumeris asinini clisterizata Et de
coctio alhorum quoniam educit flegma ex an
chis et sanguinem Agaricum cum sina
po acetoso datur in potu ad scia
ticam Turbith etiam confortatiuum
Et colloquintida 2m omnem modum ad
ministrationis eius Radix cucumeris
asinini clisterizata epithimata et
emplastrata confert iuuamentum magnum
sciatice Sarcocolla educit humores
grossos ab anchis et grana regum trita
et cocta in iure galli antiqui Et
scamonea educit ex eis materiam cali
dam Composite vero sunt que compo
nuntur ex eis secundum diuersas intentiones
generales superius habitas similiter hic
attendendas Ex quibus est medicina
mesue benedicta quod est proprium digerens
et adequans materiam frigidam et est mirabile
quod recipe camedreos gentiane ana ʒ viij
aristologie rotunde ʒ ij seminis rute silue
stris lb j terantur et cribellentur cribello
subtili dosis est coclear vnum cum aqua
mellis vel oximelle squillitico loco
eius . deinde purgetur cum vomitiis
fortibus deinde cum solutiis fortibus
Ex vomitiis secundum nos est quod fit ex flore
et semine geneste cum aqua calida
¶ Aliud sapionis recipe sinapis ʒ ij bau
racis ʒ j aniisi dragmas ij terantur
et cribellentur et dentur in potu cum
aqua calida Aliud quod ponatur fit
cum quinestione sepe narrasti Ex
solutiuis ad materiam frigidam que sunt
pille de eufobio de sagapino de hermo
dactilis pille fetide et pille de sap
sia et pille de storace et yera her
metis ad preparationem sumpta in
vere est iuuamentior et experte sunt
pille iste | experte ad dolorem anche
et sciatice laxatiue et preseruatiue
materiam accipite recipe turbith ʒ iij ʒʒ
ʒ ß sapini ʒ ß aloes succotrini ʒ iiij
rosarum salugemme mastici ana ʒ ß dra
gagantum zepsili ʒ j et ß conficiatur cum
succo rafani dosis ʒ j et ß medicina
optima ad dolorem anche recipe pulpe
colloquintide ʒ vj passularum sine granis
pugillum j bulliant in libris iij ex
aque donec remaneat 3a pars de
3ma parte educatem xx vicibus ex fla
te et humore crudo Aduertendum tamen
quod quia solutiua et euacuatiua in tali
passione sunt fortiora et cum ma-
no possit nisi reiterata euacuatione
eradicari oportet ut talia cum interpola
tione iniectes et in medio tempore
vtatur cum cibis et potibus seu cum sorbi
cionibus confortes medicinis enim sic

sicut galienus dixit est ne adiutor tunc
autem est pfte ne adiutor cum eius co
trarium destruit et sustentat quod ypo. in
suo regimine docuit cum inquit cum
farmatarius sorbicionibus vte in quo
quidem tempore si indigeat incorib
cum colliriis et digeres si quid resi
duum digerendum cum antidotis que
alia composita medicamina sunt sub
ingerenda Inquit aboali Exembrotos
post purgacione ne conuenientibus
ad sciaticam i resoluentibus residum ne
est ut sumatur olei de alcana lb. i et
aceti lb. s. uitri lb. s. cardimom
ʒ i. et s. ysopi ʒ s. bulliant simul
et in eis submergatur lana et eua
poretur ex ea locus Ex balneis sunt
balnea termarum predicta ex ne exi
gentiam vel artificialiter constructi ex
aquis et medicis simplicibus resol
uentibus predictis Et ipse vnctiones
ad idem predicta apphenda conue
nientes sunt qui fiunt ex oleo costio
de pureto de euforbio vel de castoreo
Cerota conuenientia sunt que aliis
predictorum oleorum conficiuntur et cera
quam facit predicare in loco olei cum
administretur Exemplis i resoluentibus
id quod in profundo remansit est emplm
factum ex stercore caprino et aceto
forti et est enim sicut emplm de sinapi
et eo melius ac iuuatiui magis
Aliud andromaci Rx picis partem i
sulphuris viui contriti sicut alcool p
permisceant et liniant super ancham
et ponant desuper carta quousque
cadat per se et aliqui faciunt ex dua
bus partibus picis et est debilius
Aliud expertum ad idem Rx. radicum tap
sie in estate dum est viridum et contere
bene et confice cum cera et inuisca
eam in ancham et dorsum et liga et
dimitte a 6 horis usque ad 12 deinde
ingrediatur balneum et cum paruum
iocare incipit ingrediatur aquam et tol
latur emplm et ponatur super locum lana
cum dragaganto ebdomada vna et
iteretur quando sanabit Si vero fuit
sanguis in ea mortificatus cauteri
zetur cum auro rubeo locus sanguinis
cauterizacionem vehementem ut currat
ex eo sanguis deinde emplastretur de
super ex farina confecta cum oleo simi
liter facit sanguinem Emplm aliud
quod extrahit materiam de profundo iuncturarum
recende Rx nasturcii piretri caparorum
ana confice cum aqua cinis ligni fici
et confice et liga donec comburat
deinde solue et si ingressat locus
bonum Si autem non iterum appone donec

appareant ampulle deinde laua locum
cum aqua calida ut cesset dolor et inunge
locum cum butiro ut non consolidentur vl
cera et quanto plus steterant aperta tanto
melius Aliud Rx fecis vini aduste catha
pucie cantaridos et nasturcii ana. con
fice cum succo squille Aliud simplex
vnge cum melle anacardino donec am
pulletur locus Et modus extrahendi
ex eo mel est ut bulliant anacardus
in forti aceto ad ignem et permittatur dim
bulire donec exeat mel et tunc illud
ex aceto accipiatur et vsui reseruetur
Aliud Galieni quod est efficax nulla
alia cura indigens predicta ipsum satirim
gi vel satiriagi i. tapsiam viridem
in estate coque bene cum sepe et appli
ca super dolorem anche et artetice
et dimitte per duas horas et cum suda
uerit paciens intret balneum et au
ferat emplm Et si oportet reitera Et quia
talia sunt forte attractionis locum
hunt predicta perfectam corporis mundificacionem
non anteque plus traherent quam resolue
rent Inquit enim Galienus in memisse
autem oportet quod euaporancia farmata
corpori pleno approximata plus re
plent quam euacuent et magis cum
fuerint forciora Clistere conueniens
predicta purgacionem cum vomitu et so
lucionem ventris cum prolongatur egritudo
ipse decoquatur colloquintida nasturcium
et radix cyperi centaurea et cucumeris
asinini tapsia et rubea in aqua
et fiat ex ea clistere Collirium fiat
excoriacionem facientibus et sanguinem
educentibus ut sanguinem decoctio cu
cumeris asinini colloquintida piretri
fell. thauri centhaureie nasturcii
tapsie allii et fit cum melle et sale
fortassis enim talia sonant

Cap. 6 de dolore podagre et membris eius in speciali

Podagra est dolor iuncturarum
pedis incipiens a digitis et a
police quandoque a calcaneo et
quandoque eleuatur ad genu et
ad coxam et est plurimus quam dolor
sciaticus et aliarum iuncturarum eueniens
propter tria propter situm infimum propter remo
cionem a principalibus propter motum et laborem
in sustinendo corpus Et causa eius est
consimilis causis doloris aliarum iuncturarum
Et videtur quod Galienus quod non sit in eo
nec iuncturarum aliarum doloribus in
cordis et neruis sed in lacertis venis
